



F. 10. num. 32.

19

IVRE FRVCTVVM

IN PRIMIS

POST AVGVSTVM MATVRESCENTIVM

IN SEPARATIONE FEODI AB ALLODIO

SECYNDVM

IVRA LONGOBARDICA ET MECLENBYRGICA

1771, 3

LIBELLVS ACADEMICVS  
AVCTORITATE

INCLITI IN ACADEMIA BVETZOVIIENSI

IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRAESIDE

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG

PHILOS. DOCTORE ICTO ET IVRIS ANTECESSORE

IN ALMA FRIDERICIANA ORDINIS ICTOR. IBI FLORENT. SENIORE

S. LATERAN. PALAT. AVL. CAES. ET IMP. CONSIST. COMITE

SOCIETATI TEVTON. HELMSTADIENSI HONORIS CAVSSA

ADSCRIPTO

VT

AD SVMMOS IN IVRE HONORES.

ADITVM SIBI PARARET

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVS

AB AVCTORE

IOANNE FRIDERICO PEITZNER

SVERINENSI MEGAPOLITANO

IN ILLVSTRISSIMO REGIMINIS COLLEGIO ET CANCELLARIA

DYCALI SVERINENSI ADVOCATO ORDINARIO.

BVETZOVII

A. D. XXVI. MARTII A. O. R. clb Is cclxx



um lata  
se con  
de  
ecla pe  
ofcitur  
factum  
ndican  
public  
per h  
ia tra  
ETTERI  
h. X.  
Germa  
Neque  
expo  
anno

210. 100. 55

DE

V R F F R V C T V M

IN SEPARATIONE...

...

...

...

INSTITUTUM...

...

...

JOHANNES...

...

...

...

...

JOHANNES...

...

...

...

...

Handwritten marks on the right edge of the page.



ILLVSTRISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
CAROLO FRIDERICO  
S. ROM. IMP. COMITI  
DE BASSEWITZ  
ORDINIS S. ALEXANDRI NEWSKOI  
EQVITI AVRATO  
DYNASTAE IN PREBBEREDE  
SERENISSIMI MEGAPOLITANORVM DVCIS REGNANTIS  
AD REGENDAM REM PVBLICAM PRIMO ADMINISTRO  
TAM  
IN SENATV SANCTIORI ET IN ILLVSTRISSIMO REGIMINIS COLLEGIO  
Q V A M  
IN CVRIA FEODALI  
PRIMAS TENENTI  
ILLVSTRISQVE DICASTERII AVLICI ET PROVINCIALIS  
P R A E S I D I  
REL. REL.

ILLVSTRISSIMO  
AVOE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
CAROLO FRIDERICO  
E ROM. IMP. COMITI  
DE BASSERWITZ  
GADINIS & ALEXANDRI NEMKOI

AD LEGENDUM  
DINAS NON IN  
SERENISSIMI MEGALOPOLITANORVM DVCI REGNANTIS  
IN SERVA SANCTIONE ET IN INVARIABLE REGNVM CONTINENDVM  
IN CIVITA TROBATA  
TAMVS TERTIUS  
ILLVSTRISSE DICASTRII AVIETI REGNANTIS  
P R A E S I D I



PER ILLUSTRIS  
ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
IOANNI PETRO  
SCHMIDT  
SERENISSIMI  
DUCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI  
AD REGENDAS PROVINCIAS SVAS  
ADMINISTRO  
ET CONSILIARIO INTIMO  
IN CAUSIS  
TAM  
AD ILLUSTRISSIMUM REGIMEN  
QUAM  
AD ILLUSTREM CVRIAM FEODALEM  
SPECTANTIBVS  
IVRISCONSVLTO CONSUMMATISSIMO  
IPSOS IN IVRE SVMMOS HONORES  
ORNANTI

DOMINIS SVIS INDVLGENTISSIMIS

MAECENATIBVS SPLENDIDISSIMIS

SVMNIS FAVTORIBVS

S. P. D.

TANTORVM NOMINVM

OBSEQUIOSISSIMVS ET DEVOTVS CILTOR  
IOANNES FRIDERICVS PEITZNER.





Quam, si quod iam in *VOS* audeo, *VIRI EXCELLEN-*  
*TISSIMI*, in quoscumque alios tanti splendoris viros susci-  
perem, scilicet, ut nomina summorum in patria virorum fronti perexigui  
libelli, et ab ipsorum fastigio adeo remoti inscriberem, vel me ipso  
auctore quisque plane non excusandam iudicaret temeritatem. eam non  
tantum *VOBISMET IPSIS* facilem impetraturam esse veniam,  
verum quoque optimi cuiusvis iudicio non modo non reprehendendam, sed  
laudandam adeo habitum iri, non vana coniectura existimo, sed scio  
quam certissime. Tanta est enim, quis ignorat? humanitatis *VE-*  
*STRÆ* clementiaeque vis et efficacia, ut quod alii ferendum vix  
putarent, qui in summo honorum fastigio positi, timeri, non amari  
cupiunt, id, quum sentitis ex pietate, quae omnium in *VOS* animos  
occupat, proficisci, *VOBIS* insigniter placeat. Cui quidem a na-  
tura *VOBIS* instat amabili comitati et in quemvis indulgentiae  
quum adcedit incredibilis ille fauor, quo quidquid ad bonarum artium  
studium pertinet, persequimini, dici non potest, quanta fiducia spretus

hunc

hunc qualemcumque *VOBIS* offeram libellum, certissime mihi, nec  
vana spe, persuadens, fore, ut eundem, quamvis *TANTORVM*  
*VIRORVM* personis plane non dignum, serena ea fronte accipiatis,  
et comi illo ore, quibus innatam animi benignitatem in *VTRO-*  
*QVE VESTRVM* ipsa natura expressit;

— — tantum egregio decus enitet ore!

Praeclare enim intelligitis, *VIRI EXCELLENTISSIMI*,  
me iam non culmina *VESTRA* blanda adulatoris voce adire,  
quam sciunt omnes *VOS* maxime spernere, nec ut monumentum quasi  
ponam *SVMNIS VESTRIS NOMINIBVS*, quid enim  
arrogantius posset fingi in me, a quo sentio nil posse proficisci quod  
iisdem vel aliqua ex parte dignum iudicari possit, nedum, quo illustrari  
ea queant, quibus *VOSMET IPSI* monumenta aere perenniora  
dudum posuistis, quae

nec Iouis ira, nec ignis,

nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas,

sed unice, ut *VOBIS* exhibeam, summae, qua deuote *VOS* colo,  
pietatis, reuerentiae, studii, obsequii quaecumque documentum. Quare  
permittatis rogo *VOS* obtestorque, ut ex antiqua formula perexiguam  
huncce libellum *VOBIS* dem, dicam, dedicem, ardentissimis precibus  
summum, quod omnia regit Numen, implorans, ut *VOS*, Optimi  
*PRINCIPIS* amicos, patriae decora et ornamenta, bonarum  
litterarum satores, omnium bonorum fautores, in gaudium *SERE-*  
*NISSIMI PRINCIPIS*, quem Deus amet, patriae emolu-  
mentum, litterarum incrementum, quoruncumque bonorum solatium,  
ipsum virtutis, innocentiae, iustitiae praesidium ad Nestores usque  
annos incolumes, saluos sospitesque seruet. Ita Valete.

Scribebam Suerini idibus Martiis A. O. R. c l o c c l x x i.

## §. I.

*Fructuum notio.*

Quum de fructibus omnis disputatio futura sit, vix opus videtur, ante definire, quid fructuum nomine intelligatur. Quamvis enim TVLLIVS <sup>a]</sup> praecipiat, omnem, quae a ratione suscipitur de aliqua re, institutionem, debere a definitione proficisci; tamen, quum ipse addit: *ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur*, satis superque significat, se nolle hoc praecipuum ad quaeuis notissima, et quae sine difficultate intelliguntur, extendere, in quibus definiendis qui tanto studio tantaque opera laborant, nescio obscuritatis, an luminis, magis orationi adferant. Fructus autem quid sint, nemo facile ignorabit. Sed quum varia sint fructuum genera, de quibus dicendum erit, paucis comprehendamus, quae huc spectant. Sicuti vero fructus a *fruendo* dici nemo dubitabit <sup>b]</sup>, ita et duplex illa vis, quae verbo *frui* inest, ad

a] *Lib. I. de officiis c. 2. §. 7.*

b] Quis enim cum VARRONE L. 4. de lingua lat. c. 21. in f. credat, a ferendo esse, qui fructus inquit, a ferendo res; et haec, quae fundus; et haec, quae in fundo feruntur, ut fruamur. Quo ipso loco recte GERARD. IOAN. VOSIVS in Etymologico Ling. Lat. f. b. v.

euinci putat, sic potius dici a fruendo. A quo ipse VARRO parum abest, *ibid.* c. 4. extr. scribens: *fruges a fruendo; fructusque.* Magis torta videtur ISIDORI deriuatio, qui *Lib. XVII. origin. c. 6. circa fin. fructus*, ait, *nomen accepit a frumine, id est eminente gutturis parte, qua vescimur. Inde et fruges.*

ad vocem *fructus* translata est. Frui enim duplici ratione differt ab ea notione, quae verbo *uti* inest, ut primum *frui* sit, percipere emolumenta et commoda, quae ex quacunque re proveniunt, *e]* *uti* vero, rem ipsam ad id, quod volumus, in utilitatem nostram adhibere, *d]* dein *frui* re quadam dicamur, qua largiter utimur ad qualemcunque utilitatem, commoditatem, oblectationemue, quae ex eadem eiusue occasione percipi potest, contra re *uti* quam pro modo necessitatis reiue conditione ad vitae utilitatem adhibemus. *e]* Vtraque ratione *frui* latius patere intelligitur, quam *uti*. Fructus autem, si rem ipsam hoc nomine designamus, non ius quoddam, quod personae

ges. Nec infrequens est grammaticis huius generis etymologia apud optimos latinitatis scriptores. Ita CICERO perquam inconcinne *legem* a legendo derivat *Lib. I. de legib. c. 6.* et *Lib. II. c. 5.* Vid. S. V. ERNESTI in *Clavi Ciceron. Ind. Legum ab init.* Ipsi quoque libri nostri quam plurima referunt exempla huius generis etymologiae, quorum copiam videre licet apud MENAGIVM in *amoenit. Iur. civ. c. 29.*, id quod ipsi veteres viderunt, et irrifere. Vid. A. GELLII *Noct. att. L. VI. c. 12, X, 5, XII, 14, XIII, 10.*

*e]* Ita *verus Glossar.* explicat: *frui dicitur, qui fructus percipit.* Vid. BRISSON. *de V. S. f. h. v.* et DONATVS ad *TERENT. adelph. Act. V. Scen. 8.* ad verba: *Huic demus, qui fruatur*, i. e. qui fructum capiat. Vtrumque ita apte ad rem nostram, ut nos ipsi, nondum inspectis huius locis, iisdem verbis uti con-

situissimus. Sed verebamur, ne quis ita nobis loquentibus obiceret; ita in orbem nos definire. Add. *L. 23. D. communi divi.*

*d]* Hoc designat ISIDORVS *Lib. V. origin. c. 25.* *Vsus* inquit, *quo in re instructa utimur, ut in baculo inniti, ut in codice legere, ut in tabula ludere,* et DONATVS ad *Prologum Andriae TERENTII fructibus rei uti* dicit, cumque usum ab abusu distinguit.

*e]* Latius et pereleganter hanc vtriusque verbi vim exponit et ex testimoniis comprobat GERARD. NOODT *Lib. I. de Vusufructu c. 2. Operum Col. Agrip. editor. 1737. Tom. I. pag. 340.* ubi et SENECAE auctoritate usus est, qui *de vita beata c. 10. tu* inquit *iniquitatem complecteris; ego compeasco, tu voluptate fruieris; ego utor*, has significationes optime probat.

sonae tribuimus f], pari ratione dupliciter dici, vt et id denoter, quod ex re prouenit, et voluptatem ac suauitatem, quam inde percipimus, obseruarunt viri docti g]. Priori significatione hoc loco vtimur, vt fructus definiamus, quidquid ex re aliqua proficiscitur, inprimis quatenus id vsibus nostris et commodis inseruire intelligitur. Quare fructus pertinent ad genus adcessionum. Harum enim aliae sunt, quae rei externe adcedunt, et quasi adiiiciuntur, siue natura id fiat, vt alluione, auulsione, siue arte, vt ferruminatione, inclusione, inaedificatione, aliae, quae ex re ipsa proueniunt, quorum pertinent fructus.

## §. II.

*Prima fructuum diuisio, quae oritur ex ratione, quae illi e re proueniunt.*

Solent autem Doctores plura fructuum genera constituere. Nam quum et varia ratione possint fructus ex re quadam prouenire, et ipsi multis modis existere, ex duplici hac contemplatione proficiscuntur variae fructuum diuisiones. Proueniunt autem ex

re

f] i. e. Si obiectiue sumitur, non *subiectiue*, vti Philosophi nostri loqui amant. Omnino autem fructus nomine in singulari numero, quod aiunt grammatici, adhibito, etiam ius denotari nomen est. Vid. L. 14. §. 1. D. de usu et habitate. L. 5. §. 1. 2. D. usufructuar. quemadmod. cau. Quare IULIANVS in L. 43. D. de euiction. distincte, nam quod dicimus, inquit, vitulum fructum esse vaccae, non ius, sed corpus demonstra-

mus. Ita quum frequentissime in libris nostris quaeritur, quid sit *in fructu*, de iure id intelligendum est, non de corpore. Interdum tamen loquutio illa *in fructu esse*, occurrit in libris nostris eo sensu, vt quaeratur, vtrum quid fructuum nomine habeatur. Vid. L. 68. pr. D. de usufr. L. 43. §. 2. D. de acquir. rer. domin.

g] V. S. V. ERNESTI in Clauis Cicerou. Iud. Latin. f. b. v.

re vel naturaliter, vt ex eadem enascantur, gignantur et procreantur, vel ciuilitate tantum, vt non quidem ab ipsa re producantur, attamen ratione illius percipiuntur et ob ipsam ad nos perueniant. Prioris generis *naturales*, a] posteriores *ciuiles* vocari solent, cuius generis sunt, vsurae, merces rerum locatarum, aliaeque obuentiones, et quodlibet emolumentum, quod vel ex vsu rei tantum percipitur, veluti vt aedes inhabitentur, vel vt rem pignori dare liceat b]. Illi proprie fructus sunt. Hi quum proprie non sint, non raro a fructibus separari et seiungi in iure nostro solent c]; attamen loco d], et vice fructuum esse dicuntur e], pro fructibus adciipiuntur f] et plane eodem iure ac fructus censentur g], vt merito ab illis separari non debeant h], quum, licet natura non perueniant, iure tamen percipiuntur i]. Immo fructuum nomine diserte comprehenduntur et insigniuntur k], quare recte Doctores ciuilitate et iuris intellectu eos fructus adpellasse videntur l]. Pertinent ad hoc genus fructuum

a] Recepto nomine, quod non facile mutarem, licet CORASIVS *Lib. V. miscell. iur. c. 9. n. 10.* ineptum illud putet, planeque reiici velit, substituto nomine fructuum *industrialium*, quod ipsum nec semper iis conueniens, et aliam fructuum generi tributum est.

b] Vid. *L. ult. D. de vsuris*, quae totidem, verbis expressa quoque est in *L. 72. D. de R. I.* Hanc ob rationem Excell. MADIHN in *diff. de bonae fidei possessore singulari a restitutione fructuum perceptorum immuni §. 2.* fructus in genere adeo late definit, vt eos dicat, emolumenta, quae ex vsu rei percipi possunt.

c] *L. 121. D. de F. S.*

d] *L. 29. D. de hered. petit.*

e] *L. 83. pr. D. de legat. III. L. 34. D. de vsuris.*

f] *L. 36. D. de vsuris.*

g] *L. 39. D. de legat. I. L. 11. D. de donat. L. 11. §. 7. C. de rei vxor. act.*

h] *L. 34. D. de vsuris.*

i] *L. 62. pr. D. de rei vind.*

k] *Vid. L. 38. §. 13. D. de vsuris. L. 88. §. 3. ad L. falcid. L. 8. §. 2. D. de reb. aut. iud. possid.*

l] Videtur quidem Perill. NETTELBLADT in *Systemate elementari vniuersae iurispru. Tom. I. §. 167. Schol.* hanc diuisionem improbare et reuicere, sed quare? non video.

um ea quoque emolumenta, quae quis ex operis suis percipit <sup>m</sup>]. In his semper est aliquid utilitatis et commodi, quod ad eum perueniat, qui eos percipit, eamque ob causam tantum ad fructus referuntur <sup>n</sup>], quum naturaliter fructus e re provenire possint, quae vsum non praestant, ita lolium et steriles auenae, quatenus ex fundo proveniunt, sunt fructus eiusdem <sup>o</sup>], licet in genere fructuum contemplatio in iure maxime et in primis veniat, quatenus utilitatem adferunt <sup>p</sup>]. *Naturalium* vero fructuum duplex est genus, alterum eorum, qui solius naturae operatione producuntur et nascuntur, quos *rami fructus*, quos *ipsa volentia sponte tulere sua*, <sup>q</sup>] *rura*, qui *mere naturales* dicuntur, alterum eorum, qui *industriales* ideo adpellari solent, quia hominum cura et industria in iis producendis adcedere debet <sup>r</sup>]. De qua re interdum oritur dubitatio, ad quod genus referri debeant fructus <sup>s</sup>]. Ad fructus autem mere naturales praeter fructus

m] Vid. L. 4. D. de oper. servor.  
Hac ratione fructus industriales *POMPONIUS* in L. 45. D. de usuris designat, ubi fructuum mentionem facit, quos quis *suis operis adquisierit*, iisque opponit alios, *qui non ex facto nascuntur*. Certe enim fructus industriales tam ratione rei, ex qua proveniunt, quam ratione operarum, quae in producendis iis collocantur, fructuum rationem habere videntur. Vidit hoc *WOLFFIUS* in *Instit. iur. nat. et gent.* §. 225. 226.

n] Ita secundum L. 26. D. de usuris, *venatio fructus fundi esse negatur, nisi fructus fundi ex venatione constet*. Quod rectius intelliges, si legas *NOODT Obs. I.* 6. 10.

o] Haec ratio fuisse videtur, ob quam *WOLFFIUS* in *Instit. iur. nat. et gent.* §. 198. adeo late fructus definiuerit, ut eos diceret, rem, quae ex re altera provenit.

p] Vid. L. 42. D. de usu et usufruct. leg.

q] *VIRGIL. Lib. 2. Georg. v. 500.*

r] Occurrit haec distinctio in L. 48. *pr. D. de acquirendo rer. dom.* Nomina enim a doctoribus inuenta sunt in scholae vsum, nec in libris nostris reperiuntur. Conf. supra not. m.

s] Conf. quae de venatione scripsit *GODOFREDVS* ad L. 26. D. de usur. de oleo iam olim dubitabatur a veteribus *ICTIS*. Vid. *PLIN. Lib. XV. histor. nat. c. I. VINNIUS* ad §. 35. *I de rer. divis.*

fructus nonnullos agrorum, arborumue <sup>x</sup>], spectant etiam hi, qui ex animantibus proveniunt, tam ferus, qui est eiusdem generis, ac id, cuius fructus est, quam reliqua, quae ex animalibus commoda percipimus, ut lac, pilus et lana <sup>u</sup>]. An et ancillae partus? Negatur hoc diferte in libris nostris <sup>v</sup>], ex quo obtinuit BRVTI sententia <sup>w</sup>]. At quare? Forſan ideo, quia durum videbatur, ICTIS veteribus seruos ancillasue ita plane ad classem rerum referre <sup>x</sup>], ut fructus nomen, quod in res tantum cadit, hominibus tribuerent, maxime, quum fructibus etiam abuti nos posse intelligerent, quod in seruis ancil-

*nif. n. 7.* Late de his quoque differit IOAN. CORASIVS in *miscellan. iur. civ. L. 5. c. 8. et 9.* ubi multa noua ratione in materia de fructibus se disputasse ipse gloriatur. Videtur res facili diiudicari negotio posse, dum distinguas, utrum industria et opera hominum ad ipsam productionem fructuum requiratur, quod accidit in industrialibus, an ad perceptionem tantum, quod etiam in mere naturalibus contingere potest. Qua quidem distinctione adhibita recte puto, nescio an noua ratione, conciliari posse *L. 48. pr. D. de A. R. D. cum §. 35. I. de R. D.* Nam quum vltimo loco IUSTINIANVS Imp. fructus, quos percipit, bonae fidei possessoris esse dixit pro cultura et cura, intellexit curam perceptioni fructuum, non prouentioni eorum impensam. Nam culturae nomine nil noui designari hoc loco dudum docuit GERARD. NOODT *Lib. 2. probab. iur. c. 7.*

[] arborum fructus strictissime fru-

ctus adpellari notat LAVTERBACH in *coll. theor. pract. pand. tit. de usufris §. 42.*

u] *L. 28. D. de usufris.*

v] Vide praeter caput illud D. quod modo laudauimus *L. 68. D. de Vusufruct.* [in qua corrigenda plane inutilis est ANTON. FABRI cura, qui in *rationalibus ad b. L. pro: fructuarium*, legi vult: *fructum*, eo sensu, ut fructus pro usufructu accipiat] *§. 37. I. de rer. diu. L. 48. §. 6. D. de furt.*

w] BRVTI enim hanc fuisse sententiam, auctor nobis est VLPIANVS in *c. L. 68. a quo P. SCAEOLAM* et M. MANILIUM dissenſisse a CICERONE *L. I. de snib. bon. et mal. c. 4. f. 12.* accepimus

x] Negat plane Ill. et Ciener. DE SELCHOW in *elementis iuris germ. priu. hodierni. §. 523.* romanos vnquam eo progressos esse, ut homines, veluti seruos, rebus accenserent.



ancillae earumque partu non procedit. Nam quum natura omnia hominum causa produxit y], hominesque ipsos omnes voluit esse aequales z], repugnare videbatur, hominum aliquos adeo ab hoc humanitatis ipsius fastigio, in quo ab ipsa natura essent constituti, detrudere, ut hi ipsi tantum aliorum hominum causa nati esse censerentur aa], quasi perdere illos, iisque abuti possimus. Ita sane intelligo CAIVM bb] et VLPIANVM cc], de hac re philosophantes, hacque ratione, si quid video, contra multorum reprehensiones defendendos dd]. Nam quod VLPIANVS alio loco ee], alia ratione, maiori plausu doctorum virorum disputat, id euincere tantum videtur, partum ancillae in fructuum *ordinariorum* numero non esse. Quamuis enim non temere ancillae eius rei causa comparentur, ut pariant, tamen, sicuti in multis aliis rebus fit, ut fructus ex iis interdum percipiamus, quorum causa res illas non comparauimus, qui

tamen

y] quam Stoicorum fuisse philosophiam a CICERONE *Lib. I. de offic. c. 7. s. 22. et Lib. I. de nat. deor. c. 2. s. 4. docemur.*

z] Vid. omnino *L. 4. D. de I. et I. variaque veterum loca, quae nomina TESMAEVVS ad H. GROTII L. 3. de I. B. et P. c. 7. s. 1. ab inir.*

aa] Ita scilicet, ut vnice aliorum hominum causa nati creatique censerentur, ipsorum vero causa alii non sint. Idem volo, quod nostri philosophi forte hac ratione enuntiatuuri essent, eos tantum rationem *medii* habere debuisse intuitu aliorum hominum, qui ipsi *finem ultimum* constituerent. Quare intelligitur, longe aliud esse id, quod CICERO c. I. *de off. dicit: homines hominum causa*

*esse generatos*, quod ipsum quum omnibus omnino hominibus tribuat, ut reciprocum inter ipsos sit, firmat potius illam, quam diximus aequalitatem naturalem hominum.

bb] in *c. L. 28. D. de usuris. et s. 37. D. de rer. diu.*

cc] in *L. 68. D. de usufruct.*

dd] obscura videntur, quae ANTON. FABER in *Rational. ad d. L. 68. GERARD. NOODT Lib. I. de usufr. c. 16. p. m. 371. CORASIVS l. c. c. 8. alique de hac re disputant. Varia eleganter, ut solet, de hac quaestione profert BYNCKERSHOECK Lib. 5. *Observ. c. 7.* qui in primis id vrget, fructibus nos, non vero ancillae partu, abuti posse.*

ee] in *L. 27. pr. D. de hered. petiti*

tamen nihilo fecius fructus sint, quod ipsum in pecudibus nonnullis contingit *ff*], ita et idem de ancillarum partu dici debebat. Quidni vero? Nonne fieri omnino poterat, ut quis ancillam eius rei causa comperet, ut pariat? — Certe nil viderem in hac re abscondi, si quis forte hac ratione feruorum numerum augere, famulitiumque amplificare voluisset. Neque plane id negat *VLPIANVS*, qui, quod *non temere* fieri adserit, id ipsum potuisse concedit, licet rarius, contingere. Caeterum constat, partum ancillae fructum tantum non nominatum esse a veteribus, attamen eodem fere iure habitum, quo alii fructus ordinarii *§§*]. Ordinarii inquam. Quare nihil obstat, quod in fructu non sit partus ancillae, i. e. ad fructuarium ancillae non pertineat, qui tamen fetum pecorum fructuariorum adquirat *bb*], quum partus ordinariorum fructuum, in quibus consistit

*ff*] cuius generis est afinus machinarius in *L. 60. §. f. D. de legat. III.* et oves, quae stercoreandi causa habentur *ibid.* — add. *L. 8. in f. et L. 9. D. de instructo vel instrum. leg.*

*gg*] Vid. c. *L. 27. pr. D. de hered. perit. L. 24. §. 1. D. ad l. falcid. L. 17. D. de rei vind. L. 12. D. quod met. caus. se, L. 39. §. 1. D. de legat. I. L. II D. de donat. L. 25. §. 4. D. quae in fraud. credit. et alibi passim. Conf. quoque *L. 4. pr. D. de usur.* Ita quaestum quoque est, an partus ancillae sub reditu nomine complecteretur? de qua re varie disputatum est inter veteres *ICROS*, quod aperte docent *L. 14. §. 1. D. de usuris collata cum L. 58. §. 4. D. ad SCrum**

*Trebellian.* Hoc tamen obseruo, *VLPIANVM*, licet ipse doceat, fructus dotis ad maritum pertinere debere, *L. 7. pr. D. de iure dotium*, tamen negare, ferri dotalis sobolem mariti lucrum esse *L. 10. §. 2. D. d. t.* quod et *LABEO* agnoscebat, nisi mancipia in dotem aestimata adceperit. *L. 18. D. d. t.*

*hh*] *L. 68. §. 1. D. de usufruct.* vbi tamen notanter *SABINVS* et *CASSIVS* id tantum *opinari* dicuntur, certo indicio, de hac quoque re inter veteres dubitatum esse. Minus dubii esse videtur in usufructu *gregis* legato c. *L. 68. §. 2. PAULLI. recept. sent. L. III. Tit. VI. §. 20.*

stir usufructus<sup>ii</sup>], iure non censeatur<sup>kk</sup>], fetus pecorum autem ad fructus ordinarios referri debeat.

### §. III.

#### *Altera fructuum diuisio, quae respicit modum, quo illi existunt.*

Sed quum ex variis modis, quibus fructus existunt, varia quoque eorum genera constitui diximus, [§. II.] iam paucis de his quoque erit videndum, Pendere autem fructus quum dicantur, quousque rei ipsi cohaerent, percipi contra, dum in potestatem possessoris rediguntur, siue ipse aliusue suo nomine eos a re frugifera separet, siue alia ratione sponteue ab eadem separentur, facile intelligitur, quinam sint fructus *pendentes*, quinam *separati*, qui *percepti*, qui *percipiendi*. Est autem haec generalis omnium fructuum diuisio. Nam quod vere et naturaliter dici potest de fructibus naturalibus pendentibus, quod rei cohaereant<sup>a</sup>], quare *stantes* quoque adpellantur<sup>b</sup>], id ciuilitate et iuris intellectu ad fructus ciuiles transferri posse videtur, vt pendentibus hi quoque adpellentur, quousque solutio facta non est. Nam eousque quasi rei,

cuius

ii] Quod praeter hoc ex alio patet exemplo in L. 21. L. 22. D. de usufruct. vbi docetur, fructus ordinarios serui, vtpote quae operis suis vel ex re fructuarii acquirit, ad fructuarium pertinere, fructus extraordinarios vero, veluti si quid seruo donatum, aut legatum, aut heres is institutus sit, fructuarii non esse, nisi praecise huius gratia donatum reli-

ctumque sit. Conf. NOODT de usufruct. L. I. C. 16.

kk] Doleo ergo cum EV. OTTONI ad §. 37. I. de R. D. CORASIVM. miscell. L. 5. c. 8. in hoc salebroso articulo, quod ait, *alsisse et sudasse*.

a] L. 61. §. 8. D. de furt. PAVL. recept. sent. lib. 3. Tit. 6. §. 46.

b] L. 27. pr. D. de usufr.

cuius fructus esse censentur, cohaerere intelliguntur *c]* Separatos autem fructus a perceptis nos distinguere ne quis miretur, moneamus, separatos omnes intelligi, qui rei frugiferae non amplius cohaerent, perceptos eos tantum, qui in potestatem possessionemue possessoris peruenerunt *d]*. Quare, qui sponte sua cadunt, separati quidem sunt, sed non percepti, nisi in potestatem possessoris venerint. Neque quos fur aut praedo a fundo separauit, in perceptorum numero sunt. Licet enim fur, qui eos suae utilitatis causa separauit inque potestatem suam redegit, eos percepisse dici possit, tamen respectu et contemplatione possessoris rei frugiferae percepti adpellari nequeunt. Quare intelligitur, perceptionem quidem separationem supponere, sed non omnem separationem perceptionem efficere, sicut nec omnis perceptio in separationem consistit. Nam si separatio facta iam est, vel sponte sua, vel ab alio, quam possessore rei, nec eius nomine, perceptio fit, dum fructus iam separatos in potestatem suam redigit *e]* Quomodo autem

*c]* Hanc pendentium fructuum appellationem ad civiles fructus quoque extendit FRID. GOTTL. STRYVEN. *in diff. de fructibus pendent. §. 2.*

*d]* Eleganter de hac perceptionis et separationis fructuum differentia disserit PETR. PERRENONIUS *lib. 1. animaduers. et variar. lect. c. 5.* in EV. OTTONIS *thesauro iur. ciu. Tom. 1. p. 597. seq.* Notissima quoque est huius distinctionis applicatio in quaestione de fructuum acquisitione, quae fit ab usufructuario demum per perceptionem, a bonae fidei possessore vel per quamuis separationem, §. 36. *I. de R. D. l. 25. §. 1. D. de usuc. l. 13. in f. D. quibus*

*mod. ususfr. vel. usus amitt. l. 48. pr. D. de A. R. D. l. 12. §. 5. D. de usufructu.* Quare WESTENBERG ad D. *Tit. de usuris. §. 53. Separati inquit seu percepti ratione b. f. possessoris non differunt, ratione fructuarii autem differunt.* Patum curate. Colono idem fere ius ratione fructuum acquisitionis cum fructuario tribuitur in §. 36. *I. de R. D. et l. 61. §. 8. D. de furtis.* Sed contrarium est in *l. 26. §. f. D. d. r.*

*e]* Quod et WOLFFIUS obseruat *Inst. iur. nat. et gent. §. 226.* et firmatur per *L. 32. D. de ususfr. et L. 9. D. de instructio vel instrum.*

tem fiat perceptio in fructibus naturalibus, et quid ad eam pertineat, PAULVS f] et LABEO referunt g]. quos duces sequuturi, videmur carere nos posse distinctione illa, qua perceptio in plenam perfectamque, et minus plenam seu imperfectam a nonnullis diuiditur h]. Sed et ciuiles fructus merito percipi dicuntur, dum ad nos perueniunt i]. quare et hos perceptos adpellari inuenimus k]. Percipiendos autem fructus, eos dici, qui adhibita cura diligentiaque boni patrisfamilias potuissent percipi, licet percepti non sint, ipsum nomen indicat l]. Oritur quoque ex eodem hoc fonte, seu diuisionis fundamento, quod dialectici dicunt, alia fructuum distinctio, qua *exstantes* opponuntur *consumtis*, ea scilicet ratione, ut exstantes dicantur contemplatione eius, qui eos percepit, aut ad quem pertinent, quatenus in huius patrimonio existunt m], consumti

f] in L. 13. D. quibus mod. ususfr. vel usus amitt.

g] in L. 78. D. de rei vindicat. ad quam vide CUIAC. Lib. XI. obseruar. c. 39. et PETR. FERRENONIUS libello quam dixi L. 2. c. 16. apud OTTON. l. c. p. 647.

h] Vid. LAVTERBACH Coll. theor. pract. pand. Tit. de usufris §. 46. vbi ipse quoque, licet perquam obscure, separatos fructus a perceptis distinguit.

i] Vid. L. 121. D. de V. S. l. 2. D. de usu et usufr. L. 1. §. ult. D. de dote praelegata. L. 62. pr. D. de rei vind.

k] L. 58. §. 2. 5. D. ad SCtum Trebell.

l] Nomen me in libris nostris inue-

nire non memini, licet ipsa res centies in iis occurrat. Vid. v. c. L. 25. §. 4. D. de hered. petit. l. 1. §. 1. C. eod. l. 62. §. 1. D. de rei vind.

m] Puta qui vere existunt in eius patrimonio. Nam quam alii faciunt no- uam diuisionem eorum, qui vel vere vel ficte in possessoris dominio sunt, hosque dicant, ex quibus est locupletior factus, eam et fundamento puto, et utilitate destitutam esse, licet LAVTERBACH loco quem dixi in not. b. et MENCKEN in theoria et praxi pandect. Tit. de usufr. §. 27. eam ex l. 40. §. 1. D. de hered. petit. deducere conentur, Caeterum qui in l. 22. C. de rei vind. exstantes dicuntur fructus, stantes tantum, seu

sumti vero, quos possidere is desit <sup>n]</sup>. Hac ratione autem consumptorum fructuum adpellatio tam late patet, ut eos quoque comprehendat, ex quibus vtilitatem non percepit possessor, simili ratione, qua flamma <sup>o]</sup>, incendioe <sup>p]</sup> consumptum quid dici solet licet hi alias *deperditorum* fructuum nomine recte insigniri possint <sup>q]</sup>. Quos si a consumptis fecernere placet, ut hi tantum dicantur, qui in vtilitatem possessoris conuersi ideoque a possessore ipso, non casu quodam obuiente, consumti sunt, duplex erit genus eorum, alterum, qui *naturaliter consumti* sunt, abutendo <sup>r]</sup>, alterum qui *ciuilitate consumti* dicuntur, quum per alienationem ex patrimonio possessoris exierunt <sup>s]</sup>. Sunt autem et aliae fructuum diuisiones, quae ex aliis proficiuntur fontibus, veluti ex ipsa fructuum natura varia et diuersa <sup>t]</sup>, ex diuersitate temporis, quo proueniunt

seu *pendentes* intelligendos esse, dudum notarunt viri docti. Vid. GODOFRED. ad d. l. et Exc. MADHIN in *instit. iur. ciu.* §. 151.

n] Vid. l. 9. §. 1. D. ad exhibend. l. 22. §. 2. D. de pignoratit. act. l. 3. C. de condit. ex lege.

o] L. 45. §. 3. D. ad l. Aquil.

p] L. 57. pr. D. de contrab. emt. vendit.

q] Hoc sensu enim *deperditi* vox occurrit et explicatur in l. 20. §. ult. l. 27. D. de hereditat. petit. l. 2. §. 5. D. de heredit. vel act. vendit.

r] Ita vxor fructibus rerum dotatum ad sui, mariti, filiorumque sustentationem abuti dicitur in l. 29. C. de iure dot.

s] Hac ratione numi dicuntur *consumti* in l. 9. §. 2. D. ad SCrum maced. l. 30. pr. D. de actionib. emt. et vend. et pecunia hanc ob causam refertur ad res, quarum vsus in abusu consistit, licet aliam huius rei causam excogitauerit TRIBONIANVS in §. 2. I. de vsufruct. ad quem vide VINNIVM n. 3.

t] Huc spectant fructuum diuisiones in maturos l. 12. §. 5. l. 27. pr. D. de vsufr. et immaturos. l. 25. §. 6. D. quae in fraudem credit. in aridos l. ult. in f. D. de iure fisci. l. ult. §. 1. C. de seruitutibus et aqua. Nov. 32. c. 1. Nov. 34. c. 1. seu arentes et humidos l. 1. C. Theod. de vsuris. [II. 33.] vbi interpres humidos dicit vinum et oleum, arentes vero quodcumque annonae genus. vid.

unt et percipiuntur u], ex relatione et habitu ipsorum fructuum ad rem ex qua proueniunt v]; sed eas aliasue huius generis persequi ab instituto nostro alienum videtur, quum ea tantum breuiter explicare mens erat, quas frequentissimi vsus in hac doctrina sunt, et in quibus exponendis, pauca certe aliter, quam vulgo fieri solet, disputando, nouam putabamus nos posse qualemcunque eidem lucem afferre,

### §. IIIL

#### *Multiplex de fructibus tam in iure ciuili, quam feodali quaestio.*

Iam si quaeritur, fructus rei cuius sint? naturali ratione respondendum videtur, eius eos esse, cuius est res, vnde prouenerunt, nisi lege, aut facto alii cuidam ius sit, fructus rei alienae sibi attribuendi. Potest autem varia et multiplici ratione de dominio fructuum quaestio in iure nostro oriri. Nam, vt propius ad institutum nostrum adcedamus et reliqua omitramus, duplicem tantum hic proponamus rationem, eamque in foro frequentissime obuiam, probeque secernendam, quarum altera est, quae occurrit, dum rem nostram petimus ab alio, cui ius illam possidendi plane denegamus, altera, dum is, qui iure quidem suo hucusque rem possedit,

IAC. GOTHOFREDVM ad c. l. in not. e. edit. RITTERI Tom. I. p. 267. al. 231. In. l. 15. C. Theod. de susceptori- bus [XII, 6.] laridum et vinum opponuntur fructibus aridis, ed. RITT. Tom. IIIL p. 581. al. 559.

u] Alii enim, vt verbis vtar summi BOEHMERI in dissert. de iuribus di-

uers. ex diuersitate climatuum natis §. 17. in exercitat. ad pandect. Tom. I. p. 292, alii, inquam, certo anni tempore, alii incerto, alii quotidie, alii post aliquot annos demum percipiuntur.

v] Vnde fructuum in ordinarios et extraordinarios diuisio, quam tetigimus supra in §. II in fine.

possedit, iam, finito quocunque modo iure suo, amittit ius, quod ipsi in fructus hucusque comperit. Prior quaestio, quae in iure civili occurrit, quoties rem quandam nobis cum fructibus restitui ab eo petimus, cui, licet illam hucusque possederit, ius tamen eum possedendi denegamus, huius loci non est *a)*. Posterior quaestio, de fructibus ab eo restituendis, qui iure, quo hucusque possedit, iam destituitur, et in iure civili obuia est, et in iure quod de feodis praecipit. Iuris civilis quidem maxime illustres quaestiones huc pertinentes sunt, de iure fructuum rei fructuariae finito usufructu dependentium, et de fructibus dotis soluto matrimonio restituendis *b)*.

In

*a)* Notissimae sunt hac in re distinctiones inter bonae et malae fidei possessores, contentionesque et variae disensiones Ictorum de diuerso illius iure in iudicio vniuersali et singulari, quibus iam non immoramur. Varia ratione de hac quaestione differuerunt ICtus patrius iam in academia gryphica constitutus *Vir Excellent.* HERM. BECKER in dissert. inaug. *Praeside* MATH. BEN. HERING *Rostoch.* 1741. hab. *de prodigo felici in materia de fructuum restitutione*, et praestantissimus ICtus Halensis *Excell.* GEORG. SAM. MADIHN in elegantissima diss. *de bonae fidei possessore singulari a restitutione fructuum perceptorum immuni ad l. 4. §. 2. D. fin. reg.* 1754. item HENR. GODOFR. BAYERVS in diss. *Lips.* 1762. habita titulo: *Consumtos, ex quibus locupletior existit, fructus an restituere teneatur bo-*

*nae fidei possessor?* celeberrimi denique ICti Helmstadienses, alter *Gener.* et illustr. IOAN. IAC. DE HOEPLER in diss. inaug. IOAN. MEIERI *de immunitate b. f. possessoris a restitutione fructuum in iudicio tam reali quam personali Helmst.* 1761. alter *Excell.* ALB. PHIL. FRICKIUS in diss. *Helmst.* 1769. habita sub rubro: *Ius bonae fidei possessoris circa fructus et re aliena perceptos*, cuius cum laude meminit clarissimus ICtus *Excell.* AVG. FRIDER. SCHOTT elegantissimus nouorum librorum iuridicorum censor, in laudatissimo et perselecto opere, quod prodit vernacula lingua sub vera inscriptione: *unpartheyische Critik ueber die neuesten iuristischen Schrifteen.* I4. *Stueck* pag. 364. seq

*b)* Nouem species. in quibus de distinctione fructuum quaeritur, recenset

HENR.



In iure feudali autem celebris et anceps est quaestio de fructibus ex feodo eo anno prouenientibus, quo mortuus est vasallus. Ad hanc spectat locus ille, quem in praesenti nobis tractandum sumimus. Ad cuius discussionem curatiorem antequam adcedamus, paucis videamus, quid iuris sit in usufructu et circa dotem secundum ius romanum, et quid iure germanico de fructuum iure constitutum sit. Quarum quaestionum breuis expositio ideo maxime videtur necessaria, quia, quae de feodorum fructibus disputanda sunt, sine illis intelligi vix possunt, quum fluctuent doctores, vtrum, quae in iure ciuili his locis de fructibus constituta sunt, an, quae maioribus nostris de fructuum iuribus placuerunt, ad feoda transferre malint.

## §. V.

*De iure fructuum naturalium eius anni, quo usufructus desinit.*

Primum igitur videamus, quid in iure nostro constitutum sit de fructibus rei fructuariae finiro usufructu. Naturales autem fructus, de his enim primum quaeramus, si percepti sint a fructuario, dubitari non potest, quin ad heredes eius transmittantur, quum percipiendo eos, etiam immaturos, fructuarius adquisuerit a]. De fructibus pendentibus naturalibus autem ita CAIVS b] docet: *Illud certe amplius est in hoc legato [scilicet in singulos annos relicto, de quo loquitur comparando illud cum usufructu) quod ingressu culti.*

HENR. DE COCCEIL in *diff. de iure  
seminis* Sect. 2. §. 3. quae in *eiusdem  
exercitationum curiosar.* Vol. I. nume-  
rum LXXXIII. occupat, ibique pag.  
1245. quibus alias addit DE LVDEWIG  
de *fructuum attributione turelae usufru-*

*ctuariae capite posteriore diff. I. litt. cc*  
in *Opuscul. Tom. 2. p. 1226.*

a] Vid. l. 12. §. 5. D. de *usufruct.*  
§. 36. I. de *rer. diuis.*

b] in . 8. D. de *annis legat.*

iuslibet anni, si decesserit legatarius, eius anni legatum heredi suo relinquit: quod in usufructu non ita est; quum fructuarius, etiamsi maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, heredi suo eos fructus non relinquet. Ita quoque imperator IVSTINIANVS definit c]: Is, inquit, ad quem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quam si ipse eos perceperit d]. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, ad heredem eius non pertinent, sed domino proprietatis adquiruntur. Id quod egregie congruit Romanorum philosophiae. Nam quum hi, vti a IULIANO e] adcepimus, fructus fundorum naturales non iure seminis, censeant, sed iure soli, vt huius potius, quam illius adcessorium videantur; huic sane conueniens est, quod in percipiendis fructibus, magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quam seminis, ex quo oriuntur, adspiciatur. In fructibus autem industrialibus id restituendum esse heredibus fructuarii, quod ad producendos eos impensum est, naturali ratione intelligitur, quum hoc fructuum nomine tantum contineatur, quod iustis sumptibus deductis superest f], et docente IULIANO g] nullus casus interuenire possit, qui hoc genus deductionis impediatur h], quin, quod in fru-

ctus

c] in §. 36. I. de rer. diuis.  
 d] in usufructuario enim, vt fructus  
 sibi adquirat, requiritur, vt ipse vel  
 alius suo nomine eos percipiat, in quo  
 differt a bonae fidei possessore, qui fructus  
 statim acquirit, vt a solo separati  
 sunt, quoquo modo id factum sit. Vid.  
 l. 48. pr. D. de acquir. rer. dom. l. 25.  
 §. 1. in fin. D. de usuris. l. 13. in f.  
 D. quibus mod. ususfr. vel usus amitt.  
 Conf. quae supra notauimus ad §. III.  
 lit. d.

e] in cit. l. 25. pr. et. §. 1. D. de  
 usuris.

f] Vti est in l. 1. C. de fruct. et litium expens.

g] in l. 51. pr. D. famil. ercise.

h] Volunt quidem nonnulli, vnicum  
 certe casum obuenire, vbi ne liceat quidem  
 impendia in fructus facta repetere,  
 eumque quaerunt in l. 27. §. 25. D. ad  
 l. aquil. vbi fur et praedo, qui fructus  
 maturos dissecuerit, domino impensas  
 donasse dicitur, quae in collectionem

huius-

Etus redigendos impensum est, teste VLPIANO <sup>1</sup>], non ambigatur, ipsos fructus deminuere debere.

## §. VI.

### De mercede rei fructuariae locatae.

De fructibus ciuilibus autem, si quaeritur, videamus primum de his, qui in locum fructuum naturalium succedunt, et pro iis percipiuntur, puta mercede, quae ex locatione rei fructuariae percipienda est. Duplex autem est huius inspectio, altera de mercede earum rerum, quarum est continuus usus et ex quibus singulis momenti percipi potest utilitas, cuius generis sunt plerumque a] praedia

huiusmodi fructuum impenduntur. Vid. BOEHMER *introd. in ius digest. Tit. de rei vind.* §. 13. SCHAYMBURG *compend. iur. dig. d. t. §. 9.* STRVV. *Syntagm. iur. ciu. Exerc. XI.* §. 30. qui et aliam addit exceptionem iuris canonici ex c. 28. X. de decim. de qua vid. MULLER in *adnot. ibid. lit. t. c.* Sed hoc ipso casu adparet, fructus, non quales et iure adcessionis, sed ut rem principalem considerari. Impensas autem in rem factas furem et praedonem deducere non posse constat ex L. 1. C. de infantib. *expof. L. 13. D. de condit. furt.* Quare, quoties fructus, ut tales, et iure adcessionis reperiuntur, siue exstent, siue consumti sint, ne praedoni quidem denegarem ius deducendi impendia, quod ipsi etiam discrete conceditur in l. 36. in

*fine D. de hered. petit.* Ita quoque LAYTERBACH in *coll. theor. pract. Tit. de rei vind.* §. 19. WESTENBERG d. t. §. 36. VINNIUS *Select. iur. quaest. l. 1. c. 24. inir.* HYBER *Praelect. ad D. Tit. de hered. petit.* §. 18. NOODT ad *D. Tit. de rei vind. oper. Colon. Agrip.* 1732 editor. Tom. 11. pag. 162.

i] in l. 46. D. de usuris. Add l. 4. D. de operis seruor. l. 7. pr. D. soluto matrimon.

a] Plerumque inquam. Fieri enim potest etiam in praediis vrbanis, ut tali usui destinentur, quem non nisi certis statutisque temporibus praesent. Ita theatra, quibus hiberno tempore tantum spectacula eduntur, quod nonnullis locis fieri solet, in aestate usum non praebent.

C

dia urbana b], altera de mercede earum rerum, quae non continuum usum praebent, nec singulis momentis, sed certis statutisque tantum temporibus, quae solet natura praediorum rusticorum esse c]. De prioris generis mercede, quid iure nostro obtineat, clare et perspicue docet PAVLVS d], proposita specie de seruo fructuario. Nam si operas suas, inquit, locauerit seruus usufructuarius, et imperfecto tempore locationis usufructus interierit, quod superest, ad proprietarium pertinebit. Quod superest, intelligi debet, de mercede eius temporis, quod finito usufructu effluxit, veluti si in annum seruus locauerit operas, et elapsis tribus mensibus extinguatur usufructus, quadrans mercedis, quam in illum annum stipulatus erat seruus, ad usufructuarium eiusue heredes pertinebit, dodrans, qui in reliquos nouem menses imputari debet, proprietario debebitur. Ita enim ab VLPIANO docemur e], stipulationem semel usufructuario adquisitam, intuitu reliqui temporis, quod erat stipulatione comprehensum, ad proprietarium transire, quamuis non soleat stipulatio semel cui quaesita ad alium transire, quam ad heredem vel ad rogatorem. Hoc casu autem transit ab usufructuario in proprietarium, quid? quod ambulare potest et redire a proprietario in usufructuarium. Nam, ut ipsis VLPIANI verbis utar, si forte usufructus serui in annos singulos fuerit legatus, et iste seruus operas suas locauerit, inque

b] Praedia, quae rustica, quae urbana et quam varie in iure nostro dicantur, curatius, quam vulgo a doctoribus fieri solet, explicuit VINNIUS L. I. select. iur. quaest. c. 30.

c] BRYNNEMANNVS quidem in Commentario ad D. ad l. 13. D. Quibus mod. usufr. vel usus amitt. n. 3. distinctionem hanc ita conficit, ut praedia urbana tantum a rusticis seiuinger,

Male! quum nec ex praediis urbanis semper quotidiani percipiuntur fructus, nec sola illa sint, quae continuum admittunt usum. Nam et operae seruorum eius conditionis sunt, ut quotidie percipi possint. Curatius haec proposuit VINNIUS ad § 36. I. de R. D. nr. 3.

d] in l. 26. D. de usufructu,

e] in l. 25. §. 2. D. d. 1.

inque singulos annos certum quid stipulatus sit, prout *capitis minutione amissus fuerit ususfructus, mox restitutus, ambulabit stipulatio, profectaque ad heredem rediit ad fructuarium.* In locatione earum rerum vero, quarum continuus usus non est, sed quarum utilitas certis statutisque tantum temporibus percipitur, illa diuisio mercedis pro ratione temporis non obtinet. Ibi enim respicitur ad illud ipsum momentum, quo utilitas ex re locata percipi debet. Quod si cadat in tempus ususfructus, merces erit fructuarii eiusue heredis, sin vero ususfructu demum finito utilitas ex re fructuaria percipiat, haec ipsa utilitas ad proprietarium spectabit, qui illam loco eius, qui rem fructuariam ab usufructuario conduxerat, plene percipiet, ita vt finito usufructu nihil ad usufructuarium eiusue heredes perueniat, nec quidquam imputerur in illam anni partem, qua usufructuario viuente ius eius durauit. Luculentissime haec declarantur ipsius SCAEVOLAE ICI verbis f], quibus huius generis speciem proponit, et de iure respondet. En eius verba: *Defuncta fructuaria mense Decembri, iam omnibus fructibus, qui in his agris nascuntur, mense Octobri per colonum sublatis, quaesitum est, vtrum pensio heredi fructuariae solui deberet, quamuis fructuaria ante Kalendas Martias, quibus pensiones inferri debeant, decesserit, an diuidi debeat inter heredem fructuariae et rempublicam, cui proprietates legata est. Respondi, rempublicam quidem cum colono nullam actionem habere: fructuariae vero heredem sua die, secundum ea, quae proponerentur, integram pensionem percepturum.* Species proposita ad primum, quod diximus, momentum spectat, vbi quaeritur de pensione, fructibus a colono iam perceptis, quippe quam heredibus fructuariae tribuit, licet dies soluendae pensionis demum finito usufructu veniat. Nam licet in specie propositae pensiones demum Kalendis Martiis inferri debeant \*], tamen heredi-

bus

f] in l. 58. pr. D. de usufructu.

bus fructuariae mense Decembri iam defunctae, ideo tribuuntur, quia per colonum fructus mense Octobri sublato iam essent. Sed contraria ratione ex his ipsis intelligitur, finito ante perceptionem usufructu, ad defuncti usufructuarii heredes nihil peruenire posse. Sed nec proprietario pensio inferenda erit. Is enim, docente, vt vidimus, SCAEVOLA, cum colono nullam actionem habet. Quin potius extincto resolutoque iure locantis, et ipsius conductoris ius extinguitur. Quare iam finito usufructu intelligitur, locationem plane extinguere, remque locatam ad proprietarium redire, vt is ipse fructus vtilitatemque inde percipiat, non mercedem pensionemue. Sicuti enim conductoris ius, ita et obligatio eius extinguitur, nec est, vnde proprietarius eum ad mercedem soluendam adigat. Quin, ne impensas quidem repetit conductor. Non a proprietatis domino; quippe quocum non contraxit, nec a fructuario eiusue heredibus, quum fructuarii conditionem sciuerit, et eiusue modi casum expectare debuerit, quod secus foret, si non quasi usufructuarius, sed quasi fundi dominus locasset §]. Quibus quidem naturali ratione hoc quoque conueniens esse intelligitur, quod decedente usufructuario, aut finito alia ratione usufructu, dum fructuum perceptio inchoata quidem a colono, sed nondum perfecta sit, pensio tantum pro ratione fructuum perceptorum, ad usufructuarium eiusue heredem pertineat, vt scilicet quantum pensionis in perceptos iam fructus imputari possit, tantum fructuario eiusue heredi cedat, quidquid vero fructuum nondum perceptorum pendentiumque superest, id omne proprietarii esse, nulla amplius conductoris habita ratione; Id quod dudum etiam notarunt viri docti, qui rationem quoque obseruarunt, ob quam in mercede rei fructuariae locatae non ad tempus soluendae percipiendaeque mercedis respiciatur, [quod videri poterat ei, qui quod in naturalibus fructibus statutum est, velle]

§] Aperte haec omnia docet ULPIANVS in l. 9. §. 1. D. locati cond.

vellet simili ratione ad hos civiles fructus transferre,] sed potius ad ipsorum fructuum naturalium perceptionem, pro qua merces soluitur. *h]* Sed superest alia quaestio, quam quidem propositam a doctoribus me inuenire non memini, scilicet, quid obtineat, si fructuarius fundum numis locauerit hac lege, vt pensio a colono repraesentaretur, isque pensioem iam receperit? Sed nec in ea decidenda puro quidquam difficultatis esse. Quum enim ad tempus, quo pensio debeat, respiciendum plane non sit, sed vnice ad fructus ipsos perceptos, solutio pensionis ante tempus facta mutare nihil potest. Quare in specie proposita, si finito usufructu colonus fructus plene perceperit, nil ex pensione proprietario debebitur, sin pro parte perceperit, tantum, quantum in fructus pendentes imputandum est, sin plane nondum percepti, integra pensio ab usufructuario adcepta proprietario restituenda erit, qui huius vel partis sibi debitae causa condictione sine causa experietur *i]*. Idque iuris rationi conuenire videtur. Neque quod de locatione praedii rustici hic disputauimus, ad eam restringi, sed potius ad omnem locationem cuiuscunque rei fructuariae extendi volumus. Sed haec de fructibus ciuilibus, quae in locum fructuum naturalium, facta rei fructuariae locatione, substituuntur, seu de mercede pensioneue rei fructuariae ex ipsis legibus nostris disputasse sufficiat, quum variis doctorum dissensionibus immorari et nimis longum videretur, et plane inutile ac superuacaneum, vbi de claro iegum sensu constat. *h]*

\*] Vtrum

*h]* Vid. Cl. IHRINGÆ in *diff. inaug. de modo computandi fructus in separatione feudi ab allodio*. Conf. quoque VINNIVS ad §. 36. *I. de R. D. nr. 3. in fin.* et quos nominauit ibidem DD.  
*i]* Nam etiam si fuit causa promittendi, quae structa est, dicendum est con-

ditioni locum fore, docente VLPIANO in *l. 1. §. 2. D. de condict. sine causa*.

*k]* Notissimam enim CUIACII haeresin centies refutatam esse constat, eritque infra [§. XII. extr.] commodior locus eius mentionem faciendi.

\*] Vtrum vero in hac specie tantum, ob legem huic speciali contractui locationis conductionis, ex partium arbitrio adiectam, pensiones Kalendis Martii inferri debuerunt, an ordinarium hoc tempus fuit et solemnis conductionum dies apud Romanos, vt ex eo plerumque et ordinarie conductiones fierent, pensionesque soluerentur? Ita videtur, non tantum ob hanc legem, sed etiam ob l. 7. §. 2. *D. soluto matrimonio*, vbi vindemiae dotalis a marito Kalendis Martii locatae fit mentio. Et magis hoc firmat MACROBIUS *lib. I. Saturni, c. 12.* *Hoc mense*, inquit, *mercedes exsoluebant magistris, quas completus annus deberi fecit, comitia auspicabantur; vectigalia locabant.* En igitur vtramque et mercedis solutionem, et ipsam locationem huic diei sollempnem, PLUTARCHVM in *Caes.* quem nonnulli pariter testem nominant, quum ad manus non sit, nobis consulendi potestas non est. Contra vero varia loca tum veterum auctorum, tum librorum nostrorum adfunt, quae locationum initium et tempus migrationis, vt loquuntur Romani, in Kalendas Quinctiles seu Iulias ponunt. Duo CICERONIS loca in *epistolis* eius obuia, alter ad *Diu. XIII. 2.* alter ad *Q. Fratr. II. 2.* iuuantur SVETONII testimonio in *Tiber. 35.* et Poetae MARTIALIS voce *Epigr. XII. 33.* Quibus, at quantis! auctoritatibus adcedunt, quae a ICris nostris proficiuntur sane non leuiore. Prodeunt enim testimonii dicendi causa euocati IULIANVS in l. 41. *D. de contrab. emt. vend.* ANTISTIVS LABEO in l. 60. *pr. D. locat. cond.* AFRICANVS in l. 9. *pr. D. Qui potiores in pigu.* cuius testimonio maior vis erit, si Graecorum aliqua penes te est auctoritas, quippe qui pro: *Kalendis proximis*, legunt: *Kalendis Iuliis*, quam lectionem etiam HALOANDER recepit, qui etiam LABEONIS, quem diximus, locum huic testimonio magis adcommodare studet, verba lectionis vulgaris: ex *Kalendis illis cuiusque anni*, in haec: ex *Kalendis Iuliis*, forte non inepte, et verba: ex *Kalendis Ianuariis fulta in Kalendis Iuniis permansisset*, maiori, vt videtur, temeritate, minori vtilitate, in haec: ex *Kalendis Iuliis fracta usque ad Kalendas Iunias permansisset*, mutans. Quem ternarium testium numerum licebit quarto, eoque CELSI loco, augere in l. 12. *pr. D. de precario*, licet huic ad probandum tanta vis non in sit. In hac varietate et iuris et historiae, librorum, criticorum eos explicantium dissentium non miraberis. Dissensum? — Nonne dimicationes, nonne pugnas? A he! quid certius in dissensu criticorum, quam pugnae et bella, aut quis haec ab illis sciungere vel cogitatione audebit? Habebis autem, si placet



si placet, belli huius rei causa gesti breuem historiam, paucis, [nam quis quaeſo noſtrum multa huius generis legere vellet,] ita a me compoſitam et concinnatam. Ex ANGELO POLITIANO primum, quantum ſcio, [ſolent enim omnium fere rerum initia multis tenebris premi, obſcuritateſque caligine offundi, vt certi quidquam adſerere repugnet religioni hiſtorici] multa cum laude notauit ANTON. AVGVSTINVS, Kalendis Iulii migrationem apud veteres ſolitam fieri in *Emendation. L. IIII. c. 14.* apud EV. OTTON. in *theſ. iur. ciu. Tom. IIII. pag. 1546.* qui Noricas quoque lectiones, de quibus diximus, Florentinis et vulgaribus praefert. Sed CUIACIUS in *Comment ad AFRICAN. Tract. VIII. ad l. 9. D. Qui pot. in pign.* in Edit. *Opp. quae edi vultit Francoſ. 1623. in f. diuulgata Tom. II. p. m. 568.* [plerumque illum adlegatum video ad *African. XII. 8.* quod neſcio an recentioribus forte conueniat, mea enim IX. tantum ad *African.* tractatus complectitur] ſcribit: *Hunc diem recte notauit ANG. POLIT. fuiſſe ſolemne inchoandis locationibus et mercedibus exſoluendis, vellem etiam addidiſſet, vel etiam Kalendas Martias, quod conſtat ex L. defuncta de viſufr. MACROB. I. 12.* De ſolo meſe Martio loquitur ad l. 98. *D. de V. S. in Opp. poſtumorum Opere paralipom. Frif. 1598. 4. p. m. 474.* B. obſeruans e PLVTARCHO, hunc meſem proprio et latino nomine Mercedonium dictum eſſe, quod eo mercedeſ locationum inferri ſolerent, coque refert, haec *FESTI Mercedonias* [ſcil. Kalendas] dixerunt a ſoluenda mercede, vocatque in auxilium l. 15. *D. de publican.* vbi tamen *Iduum Martii* ſit mentio. BRISSONIVS deinceps tam in libro, qui de *V. S.* inſcriptus eſt, l. v. *Calendae*, quam de *formulis VI. 70. pag. Edit. Baſchanae 491.* initium locationum praediorum et tempus inferendae mercedis vnice ad Kalendas Martias refert. BRVMMERVS in *diff. de locatione et conductione a. 1664. primum edita cap. 2. §. 6. in Brummerianis a BEYERO editis p. 393.* duo haec tempora ita diſtinguit, vt *veſtigialium* locationibus ſolas Kalendas Martias, *praediorum* vero tam Martias, quam *Quintiles* tribuat, poſtremis autem inquilinos et colonos poſſimum migrare ſolitos fateatur. Varia haec. Non tamen plane contraria, quum a CUIACIO in genere, a BRVMMERO diſtincte iungantur, quae ſeorſim de ſingulis temporibus ſinguli AVGVSTINVS et BRISSONIVS notauerant. Iam vero ecce diſſenſum? REINESIVS enim BRVMMERI praeceptor, in *Syntagm inſcript. Claſſ. VII. nr. 34. pag. 507.* vbi

hanc

hanc exhibet inscriptionem : C. Pompeius Diogenes ex Kalendis Iulii  
 coenaculum locat. Ipse enim domum emit. Postquam kalendas Quinctiles,  
 dies conductionum apud Romanos fuisse obseruauerat, addebat : Sollemnes  
 tamen locationibus etiam Kalendas Martias fuisse, quidam annotarunt, de  
 quo dubiro. Potuerunt quouis mense et die locari praedia, fundi, aedes,  
 balnea, sed plurimum Kalendis dictis consueuerunt. Iam vides ergo alte-  
 rum reiectum, alterum solum retentum. Post quum PETR. BURMAN-  
 NUS [an nondum pugnam times?] in *diff. de vectigal. pop. R. c. VIII.*  
 [Edit. rep. prael. quae Leidae 1734. 4m. prodiit pag. 103. seq.] vectiga-  
 lium locationi indefinite et sine diei determinatione mensem Martium adsi-  
 gnauerat, fundorum et aedium locationi vero solas Kalendas Iulias adscrip-  
 rat, REINESIVM auctorem nominans. Contra eum insurrexit. [en pugnam!] GYNDLINGIVS in *Gyndlingianis P. XVI p. 63.* erroris illum accusans Quod  
 quanta iracundia, [iam enim grauissime dimicatur], exceperit, quis non di-  
 uinari scit, legat locum, quem diximus, vbi statim! in initio certaminis  
 GYNDLINGIVM omnium! compilatorum coryphaeum vocat, mox Thra-  
 sonum magistrum, et, vt BAILLATVS MENAGIVM, compilatorum  
 praecedentium compilatorem, [quae tela doctorum virorum!] fateturque  
 semet ipsum olim ad *Petron. c. 38.* BRISSONII sententiam, non tamen  
 vt certam adduxisse, Praeterea, ne hoc omittam, ad firmandam Noricam  
 lectionem legis 60. *D. locari* prouocat ad similem varietatem ab inter-  
 pretibus notatam in *l. 41. §. 2. D. de usuris* et *l. 61. §. 5. D. de furtis*,  
 vbi itidem Kalendis illis legitur. Aliam aliquantum obscuriorem diuersa haec  
 tempora conciliandi rationem tentat HEINECCIUS in *Syntagm. Ant. Rom.*  
*lib. III. Tit. 25. §. 12.* Kalendis Iulii non solum domos, sed et fundos  
 plerumque locatos esse dicens, ipsas tamen locationes vtplurimum a Ka-  
 lendis Martiis incepisse, coque tempore peniones solutas esse. Quam ve-  
 ro innuit reicitque distinctionem locationis aedium et fundorum, eam HIL-  
 LIGERVS ad DONELL. *L. 13. c. 8. not. lit. G.* tribuit TIMAEO FABRO,  
 quem nominat in *Annotation. in varia iuris loca c. 12.* In *Gener. et*  
*Ill. DE SELCHOW Element. antiqu. rom. §. 770.* [et quidem priore hu-  
 ius numeri, qui bis positus est] errore typothetae scriptum esse Kalen-  
 dis Martiis, pro: Iulii ex locis ibidem allegatis, certissime conicio S.  
 V. ERNESTI ad SVETON. *l. c. BURMANNO* primum quidem contra  
 BRISSONIVM, BRYMMERVUM, GYNDLINGIVM calculum plane adii-  
 cere

ere videtur. Sed in *excurso XII. vestigalia* mensis Martii locata a censoribus perhibet, МАСРОВІО auctore, vel *Kalendis*, ad analogiam iuris romani et censorii, quum omnis res pecuniaria alligata esset Kalendis mensium, vel *Idibus*; ob *l. 15. D. de publican.* [quam et C. I. A. C. ad *l. 98. de V. S.* et B. V. R. M. nominauerat inque cuius initio *cenfor* legendum esse pro *Caesar* elegantissime coniiicit FORNERIVS *Selectionum L. 1. c. 25.* apud E. OTTON. *Tom. II. p. 37.*] et quia ipsi iis idibus consules quoque auspiciati sunt. Fundis autem et praediis rusticis locandis *Kalendas Martias* [ita intelligo] sicuti acedium locationi *Kalendas Iulias*, vel solas, vel cum Ianuariis, adscribit, quippe quae sunt duo vtriusque semestris initia, licet fateatur *Kalendarum Ianuariarum* nullam in hac re mentionem fieri, nec eas propter temporis frigus aliasue causas huic rei apras censeat. Quibus ita paullo prolixius, vt iam videmus, a nobis narratis, quam ab initio institutum erat, pauca addamus Primum, qua locationes praediorum priuatorum. [Nam de vestigalium initio dubitandum non videtur ob МАСРОВІО auctoritatem.] Omnino, VE B. V. R. M. A. N. N. V. S. monet, distinguendum videtur tempus inferendae mercedis et pensionis, a tempore locationis inceptae. De hoc in lege nostra *§8. de vsufr.* de illo in *l. 7. §. 2. D. soluto marrim.* agitur, ex qua parum forte pro *Kalendis Martiis* probatur, quum et *Kalendae Nouembres*, ex quibus locatio facta, ibi obuenant. Tum notari meretur, tempora exactionum seu solutionum certe in praediis rei priuatae principis, et emphyteuticis variasse, nec eadem semper et omni aevo fuisse. Nam sicuti ipsae collationes differebant, vt aliae annonariae essent, aliae auri, ita 1] aurum, quod olim [ex die X. *Kalendarum Decembris* in pridie *Kalend. Ianuariarum* soluendum erat, VALENTINIANVS iussit per annum solvendum, prout quisque pendere potuerit, inferri debere, *l. 3. C. Theod. de conlat. fundorum patrimon.* [XI. 19.] 2] annonariae autem solutioni tres posuit terminos quadrimestres, eosque primum emphyteuticariis constituit possessoribus, *c. l. 3.* dein colonis praediorum priuatae rei principis *l. 11. C. Theod. de exactionibus* [XI. 7.] postremum omnibus prouincialibus *l. 15. C. Theod. de annona et tribut.* [XI. 1.] *l. 15. C. Tb. de susceprorib.* [XII. 6.] vid. I. A. C. GOTHOFRED. *ad cit. l. 3. Tom IIII, Edit. Rite, p. 152. al. 145.* Haec VALENTINIANVS Imp. Aliam postea rationem instituit HONORIVS *l. 19. C. Tb. de exaction.* his verbis: *Tertiam par-*

*rem canonis* [quo nomine et pensio complectitur] *fundorum priuatorum* [i. e. rei priuatae principis] *vel sextam emphyteuticorum ex Kalend. Mart. sicut consuetudo deposcit, reliquam vero canonis summam ex Kal. Iulii par erit postulari.* Quibus, et inprimis hac lege a nobis prolatis, vtrum quid lucis accensum sit huic obscuritati, respectu temporum inferendae pensionis praediorum principis, et quid inde ad praediorum priuatorum hominum locationes transferri possit, quum constet, dudumque obseruatum sit, has factas esse ad exemplum publicarum, iudicent viri harum rerum periti.

## §. VII.

*De reliquis fructibus ciuilibus rei fructuariae.*

Supereft, vt transeamus ad quaestionem de fructibus ciuilibus reliquis, qui non quidem loco naturalium percipiuntur, sed ipsi rei fructuariae iure cohaerent, eiusque occasione percipiuntur, vt census, decimae, reliqua. Constat enim, saepissime fieri, vt huius generis reditus fundis debeantur, et a possessoribus eorum percipiantur. Qua quidem in re quum et legum decisione, et doctorum virorum auxilio destitutos nos videamus, [neque enim in libris nostris, neque apud ICros nostros hanc quaestionem tactam inuenimus], naturalem rationem sequi oportet. Naturalis autem ea videtur, quam monstrat rerum similitudo et discrepantia. Neque vero difficultatis quidquam, aut multum de responsione laborandum esse inuenio. Nam quum ratio, quae in mercede pensioneue rei locatae eo anno, quo desinit vsufructus, prohibet ad diem solutionis respicere, in hoc fructuum genere cesset, nec ad eos applicari possit, qui non succedunt in locum naturalium fructuum a conductore percipiendorum, reliquum est, vt in his ciuilibus fructibus ad tempus perceptionis respiciendum sit. Quare reditus, qui percepti iam sunt, perinde vt fructus naturales percepti ad vsufructuarium

Etuarium

Fructuarium eiusue heredes, aut qui eius nomine re fructuaria fruuntur, omnino pertinebunt, qui vero soluti perceptique nondum sunt, cedent proprietario. An et ii, quorum dies iam venit durante usufructu, licet tarditate debitoris soluti aut negligentia fructuarii exacti non sint? Anceps videri potest haec quaestio. Nam quum ius exigendi huius generis praestationes extincto demum usufructu ad proprietarium peruenit, nullum ei ius esse videri potest in iis, quorum dies iam ante cessit, quam ius vtilitatem percipiendi ad eum rediit, sicuti nec emtor fundi exigere potest ea, quae tempore, quo venditor possidebat, solui debebant. Sed puto omnino hos fructus quoque ad proprietatis dominum spectare. Usufructuarius enim nil iuris in eos sibi arrogare potest, quum omne ius ipsius ex perceptione pendeat. <sup>a]</sup> Quod quidem sicut est in fructibus naturalibus constitutum, ita quoque in ciuilibus obtinere debet, quum quod dissimilitudinem et disparitatem efficiat, nihil adpareat. Is vero, qui debet huius generis praestationes, nec mora sua nec negligentia fructuarii, antequam legitimum tempus elapsum sit, obligatione sua liberatur. Reliquum ergo est, vt proprietario ius tribuamus hos fructus exigendi. Nec impedit, quod dies eorum iam ante venerit, quam ius fructus exigendi ipsi comperit. Ex quo enim hoc ius in ipsum translatum est, plenissimo effectu id exercere potest, etiam intuitu anteriorum reddituum nondum perceptorum. Nam quum redditus fundo debeantur, seu possessori eius, praesens quoque possessor, extincto iure prioris, eos exigere poterit. Neque quod in venditore fundi obtinet, qui exigere potest redditus, qui tempore suae possessionis soluendi erant, ad usufructuarium transferri potest, quum illius ius acquirendi fructus non, vt huius, vnice ex perceptione pendeat.

## §. VIII.

<sup>a]</sup> Vid. supr. §. V. *lit. d.* iunctis iis prolata sunt.  
quae §. III. *lit. d.* vberius de hac re

## §. VIII.

*De diuisione fructuum dotis ad annum soluti matrimonii pertinentium.*

Nouam tangimus quaestionem eamque multis tricis difficultatibusque implicitam et inuolutam. Quare, quantum fieri a nobis poterit, demus operam, vt explicitam illam et plane perspicuam reddamus. Quod puto melius fieri non posse, quam ex ipsis legibus, probe scilicet inspectis verbis earum, et curate considerata et perpensa integra mente eorum, a quibus proficiuntur. Quaeritur autem, [ante omnia enim id ipsum, quod in quaestione versatur, probe curateque finiendum est, vt intelligatur, quid sit id, de quo disputatur], quaeritur, inquam, soluto matrimonio, quomodo fructus restituendae dotis, qui pertinent ad vltimum annum eiusdem matrimonii, diuidendi sint inter eos, ad quos spectant? Solui autem matrimonium quum aut ipsa natura fatique necessitate, mariti vxorisque morte, possit, aut libera voluntate consilioque, certe alterutrus, seu diuortio, intelligitur, quaestionem hanc obueneri possentum de diuidendis fructibus in vltimum matrimonii annum impurandis inter ipsum virum et feminam diuertentes, tum inter maritum et eum eosue, quibus ius est repetendi dorem <sup>a</sup>], tum denique inter vxorem et mariti heredes, quae omnia nil mutant in hac quaestione, quippe qua non quaeritur, an dos sit restituenda, sed dos, si restituenda est, quomodo fiat computatio fructuum anni vltimi. <sup>b</sup>] Quare quae in libris nostris in hac quaestione tractanda de

<sup>a</sup>] Nolumus hic repetere, quae ex libris elementariis iurisprudentiae nota sunt de varia dote profectitia, aduentitia, receptitia, quae dotis formae de-

terminant, cui sit ius, singulas illas repetendi.

<sup>b</sup>] Quare huc non spectat illud diuortium, quo mulier omni iure repetendi dorem priuatur. Nov. 117, c. 8. pr.

de diuortio occurrunt, ea omnia perinde valebunt, si morte alterutrius coniugis solutum sit matrimonium. Iam quum vidimus, quid quaeratur, et vbi, quotiesque id ipsum obuenire possit, videamus quoque, quid respondendum sit. Responderi autem ad quaestiones huius generis implicite plene commodeque et curate aliter non potest, quam dissecando eas in varias illas, ex quibus compositae sunt, et quae in iis continentur. Quibus singulis seunctis separatisque et sigillatim expositis, simul confecta est ad integram, quae proponeretur, quaestionem plenam responsum.

I. Primum autem quaeritur, annus is, de cuius fructibus diuidendis agitur, ex quo termino computari debeat? vel, vt *VLPIANVS* quaestionem illam distincte profert *c)*: *Ex die matrimonii, aut ex die traditi mariti fundi maritus sibi computet tempus?* Omittit tertium, an ciuilitate ex eo die, qui primus anni cuiusuis haberi solet, veluti apud nos ex Kalendis Ianuariis? Et consulto. Nam quum de matrimonii anno quaeritur, intelligitur annus non ciuilitate a certo termino statuto, sed naturaliter a momento in momentum computari debere. Sed tum quartum fingi potest: an forte ex die constitutae seu promissae dotis, annus computari debeat? Fingi quidem hoc potest, sed quum vix a quoquam quaeri possit, quasi id procedere posse autem, hoc quoque praeterit *d)* *ICtus*, in responsum tamen

*c)* in l. 5. *D. soluto matrimon. dos quemadm. petar.*

*d)* Has rationes de iis, quae in quaestione proposita omittuntur, proferimus, quia ex ratione, qua haec scripta sunt, conuincimus, hic non tradi responsum, quod *ICtus* de iure quaerenti vere dederit, sed ad quaestionem doctrinae

causam propositam responderi. Nam si in singulari specie ad consultationes datum de iure responsum in medium profertur, solent *ICti* nostri verba: *quaesitum est, et respondi*, adponere, sicuti et singularis species et nomina solent recenserentur. Hoc loco vero generaliter incipit *ICtus*: *De diuisione anni*

tamen binis tangit. Quare dabimus quoque hanc responſionem iſis ICI verbis: *utique, inquit ille, in fructibus a viro retinendis neque dies dotis conſtitutae* [en ! quod in quaefione omiſſum erat] *neque nuptiarum obſeruabitur, ſed quo primum dotale praedium conſtitutum eſt, id eſt, tradita poſſeſſione.* Intellige contracto iam matrimonio. Hac enim demum traditione praedium, de quo hic ſermo eſt, conſtituitur dotale i. e. plenam qualitatem praedii dotalis adſcipit, licet *dos* ſeu ius dotis, tanquam futurum, dotis dictione promiſſioneue conſtitui poſſit. Mens ergo *VLPIANI* haec eſt: Nec nuptiarum tempus vnice inſpiciendum eſſe, nec ſimpliciter diem traditi fundi conſiderandum, nedum conſtitutae tantum dotis. Poſtremum enim conſtitutae dotis tempus plane inſpiciendum non eſſe. Duo priora vero tempora ſcilicet nuptiarum et fundi traditionis non ſeiungenda eſſe, quaſi alterutrum ſufficiat, ſed coniungenda, ita vt ex quo tempore et nuptiae celebratae ſint, et fundus traditus ſit marito, ex eo demum inchoetur computatio. Quare ſi fundus primum traditus, tum nuptiae ſequutae ſunt, ex tempore traditionis, ſi contra traditis anteaſſerit nuptias, ex nuptiarum die computationem inſtituendam eſſe. Neque dubites de interpretatione noſtra. Vera enim eſſe, quae diximus, clare euincunt *PAVLI*, quae ſtatim inſequuntur in libris noſtris, verba e], quae et ipſa dabimus. *Si ante nuptias* [en ea!] *fundus traditus eſt, ex die nuptiarum ad eundem diem ſequentis anni* [ſcilicet ciuilitate computati] *computandus annus eſt.* [naturali ratione]. *Idem in ceteris annis* [matrimonii computandis] *ſeruatur, donec diuortium fiat.* Nam ſi ante nuptias

eius, quo diuortium factum eſt, quaeritur. Si quis contra ſentiat, puretque hoc loco ad conſultationem propoſitam reſponderi, neque enim repugnabimus, facilius omiſſorum in quaefione ratio-

nem reddere poterit, hanc ſcilicet, quaefionem ſeu conſultationem ita conceptam fuiſſe a quaerente.

e] ſcilicet in l. 5. D. Solutio matrimonii.



ptias traditus sit, et fructus inde percepti, [sint] hi restituendi sunt, quandoque diuortio facto, quasi dotis facti [i. e. tanquam augmentum dotis]. Spectat quoque ad hanc quaestionem, et prioribus consentaneum est, quod de fructibus ciuilibus diuidendis monet PAPINIANVS auctore VLPIANO, scilicet *mercedem quoque diuidi, non ex die locationis, sed habita ratione praecedentis temporis, quo tradita dotis possessione mulier in matrimonio fuit f*]; vt pro modo temporis, quo dotale praedium fuit, maritus ex mercede, quae debebitur, portionem retineat, g]

II. Dein de ipsis fructibus quaestio est, quinam diuidendi sint. Et respondendum est: Omnes, qui quacunque ratione possunt ad annum, qui vltimus in matrimonio fuit, refertur h], siue naturales sint, siue ciuiles i], siue pendentes k], siue percepti l], immo et hi

f] Verba ipsa exstant in l. 7. §. 1. D. soluto matrimon.

g] l. 7. §. 2. D. d. r.

h] En ipsam IUSTINIANI constitutionem clarissime hoc praecipientem in l. vn. §. 9. C. de rei vx. act. fetus autem iumentorum et OMNIA, QVAE FRUCTVVM NOMINE CONTINENTVR ad lucrum mariti pertineant, pro tempore matrimonii, siue aestimata siue non aestimata sunt. Sed et nouissimi anni, in quo matrimonium soluitur fructus [indefinite loquitur Imp. ergo perinde vt supra de omnibus omnino fructibus intelligendus] Pro rata temporis portione, vtrique parti debere assignari, commune vtrius-

que actionis [scilicet veteris actionis ex stipulatu de dote et rei vxoriae actionis] est, in rebus scilicet non aestimatis.

i] de vtroque genere aperte loquitur ICTUS in c. l. 7. §. 1. 2. D. d. r. sicuti de naturalibus in §. 9. et 12. et de ciuilibus in §. 10. et 11. d. l. add. l. vn. §. 7. de rei vx. act.

k] qui c. l. 7. §. 1. 2. occurrunt fructus ciuiles, pendentes sunt. Sed et naturales pendentes occurrunt in §. 15. eiusdem legis.

l] Perceptorum fructuum fere vbiuis in c. l. fit mentio, item a PAVLO recept. sent. lib. 11. Tit. 22. §. 1.

hi, qui eo anno sperantur <sup>m]</sup>, item siue fructus quotidiani sint, qui continuo possunt percipi, siue certis temporibus, semel aut bis aut pluries in anno, aut pluribus annis demum <sup>n]</sup>.

III. Tum quaerendum maxime hoc est, quae ratio in his fructibus computandis seruetur? Et responsum cape: Omnes fructus, qui eo anno percepti sunt quique sperantur, diuidi debent non pro perceptione facta, sed pro rata temporis, quo matrimonium durauit ultimo anno, ut omnes fructus in vnam summam colligantur, tantumque cedat marito eiusque heredibus, quantum in illam partem ultimi anni imputandum venit, per quam matrimonium durauit, quod vero in reliquam partem anni post solutionem matrimonii imputandum est, id vxori, iisue, quibus dos restituenda est, obtingere <sup>o]</sup>. Neque vlla hic est fructuum differentia, quum omnes eodem iure censeantur <sup>p]</sup>.

IIII. Denique et hoc quaerendum videtur: an in omni dote haec fructuum diuisio ita obtineat? Et responderi debet, omnino obtinere ex legum dispositione, quatenus ipsa dos restituenda est. Quare si aut pactis inter virum & vxorem de dote confectis aliter cautum sit, aut fundus venditionis gratia aestimatus in dorem datus sit,

<sup>m]</sup> Spem futurae vindemiae in computum venire adseritur in c. l. 7. §. 3.

<sup>n]</sup> Quod in anno dicitur, potest dici et in sex mensibus, si bis in anno fructus capientur, ut est in locis irriguis. Et in pluribus annis idem dici potest, ut in silua caedua. Item si locatio agris talis sit, ut super annuam mercedem, quinquennio quoque aliquid amplius praestaretur, in eo enim quod amplius

est, tempus ad quinquennium computamus. Verba sunt c. l. 7. §. 6. 7. 8. Iunge l. 25. §. 4. eod.

<sup>o]</sup> Clare hoc docent §. 1. 2. 3. d. l. 7. et l. 11. l. 31. §. f. D. eod. l. vn. §. 7. in f. C. de R. V. A.

<sup>p]</sup> Id ipsum quoque adparet ex cit. §§. c. l. 7. quum ibi fructus naturales et ciuiles plane eodem iure computentur. Vid. *supr. not.* sub *lit.* i.

fit, cessabit haec diuisionis norma, quum, si prius factum sit, pro modo pactorum diuisio instituenda <sup>7]</sup>, sin posterius, nulla plane erit, quum aestimatione illa efficiatur, vt ipsa res dotalis non sit, quare restituenda erit mulieri dotis aestimatio sine omni fructuum diuisione <sup>r]</sup>.

### §. VIII.

#### *Explicatur L. 7. §. 1. D. soluto matrimo.*

Quae omnia ita a nobis exposita solaque legum auctoritate suffulta adeo certa sunt, firma, stabilia, indubia, vt a nemine cum aliqua

q) Ita SCAEVOLA l. 31. D. de pact. dotal. si inter virum et uxorem conuenit, vt extremi anni matrimonii fructus nondum percepti mulieris lucro fiant huiusmodi pactum valet. Sicuti vero non procedit pactio, de omnibus dotis fructibus vxori a marito restituendis, quippe quae doti ipsi, et ei repugnat, quod per illam intenditur, vt matrimonii onera inde suslineantur l. 7. pr. D. de iure dotium. l. 20. C. de iure dotium iuncta l. 4. C. de donationibus ante nupt. Add. l. 4. D. de pact. dotal. et l. 28. D. d. t. ita abstinendum quoque est ab eiusmodi placitis, quae deteriori reddunt conditionem mulieris, quibus nullam vim inesse leges nostrae voluerunt ob insignem, qui apud romanos erat, dotis fauorem l. 14. l. 16. D. de pact. dotal.

r] Vid. l. vn. §. 9. C. de rei vxor.

act. obligatum autem puto maritum simpliciter ad aestimationem dotis illatae, non, quod alii volunt, alternatiue ad praestandum vel tantundem eiusdem generis, vel aestimationem, vt БОЕНМЕРО placuit in *introd. in ius dig. tit. de iure dot. §. 11.* id enim obtinere tantum puto, si expresse ita conuenierit. Vid. l. 10. §. 6. D. de iure dotium. Neque cum SCHAYMBURGIO ad d. t. D. §. 8. ad firmandum prius adsertum prouocari ad l. 42. D. d. t. potest, quae de rebus numero, pondere et mensura constantibus loquitur. Interesse autem hoc videtur, quod si alternatiue pactum sit, non emptio venditio videatur contracta, sed pactum tantum de vendendo, contra vero, emptio venditio sit, si simpliciter ad aestimationem praestandam maritus teneatur. Sed hoc in transitu.

E

aliqua veri specie in dubium vocari nedum negari aut aliter tradi possint. — Adeone ignoras summas illas maximasque doctorum contentiones in hac quaestione? — Equidem non ignoro; sed omnes illae, quantum scio, non has adeo tangunt, quas antea exposuimus, generales in hac doctrina obseruandas regulas, licet, qui illas ita exposuerit, inuenerim neminem. Non ergo de regulis ipsis lis est, sed de regularum ad obuias species adplicatione. Leuis ergo illa erit, et facile dirimenda. Caue ita sentias, nisi contentiones, quibus implicantur et criticorum argutiae in interpretando, et dialecticorum subtilitates [his enim ex genio saeculi mollius debebit nomen] et mathematicorum, aut si hi malint, geometricarum *inzi. Besu* in ducendo calculo, diiudicandaque proportione, has contentiones nisi inquam leuiore nullaque difficultate dirimendas dicere, eaque ratione infensam in te conuerrere velis iram triplicis huius generis eruditorum, [at quantum vel vnum eorum efficere aut demonstrando potest, aut cauillando, aut conuiciando, quae omnia omnibus videntur esse communia.] Agedum de PAPINIANI loco explicando agitur, quaeriturque quae eius mens sit, et vtrum recte adplicauerit regulas supra traditas, quippe quas obseruare ipse voluit. Quibus duabus quaestionibus vt satis, quantum possumus, faciamus, videamus primum, quae species proposita sit a PAPINIANO, deinde quaenam computatio naturali ratione secundum regulas supra expositas instituenda sit, denique an haec computandi ratio verbis PAPINIANI adcommodari possit. Prima autem species ex PAPINIANO ab VLPIANO proposita <sup>a</sup>, de qua in primis contenditur, haec est [proferamus enim ipsa verba ab VLPIANO exhibita, paucis intertextis, quae vt recte et menti ICRi conuenienter adiecta sint adpareat, cuiusuis verbi a nobi intexti rationem reddamus in iis, quae infra margini adscripta sunt] *vindemiae*

a ] in saepius cit. l. 7. §. 1. D. *solutio matrimon.*

demiae tempore, [i. e. kalendis Octobribus <sup>b</sup>]] fundus in dotem datus est [puta nuptiis iam celebratis <sup>c</sup>]] eamque vir ex kalendis Nouembribus primis [i. e. proximis <sup>d</sup>], adeoque coacta iam vindemia <sup>e</sup>]] fructuum [numis <sup>f</sup>]] locauit, iam mensis Ianuarii suprema die [i. e. pridie kalendarum Februar.] diuortium factum est: quaeritur, quomodo sit fructuum diuisio facienda? Vt adpareat autem, quid secundo regulas supra expositas respondendum sit, id enim secundo loco tradendum est, videamus, de qua re agatur, quid sit id, quod contineatur in specie proposita. Primum autem animaduertendum est, fundum hunc nec aestimatum in dotem datum intelligi, nec aliquid

b] Hunc diem ponendum esse constat non tantum ex PLIN. hist. nat. XVIII. 31. ubi iustum vindemiae tempus, ait ab aequinoctio ad vergiliarum occasum dies XXXXIII. vergilias occidere autem dixit ibid. a d. III. Iduum Nou. [d. II. Nou.] quare si ab aequinoctio, quod nobis in VIII. Kal. Oct. [d. 23. Sept.] incidit vsque ad hunc diem computas, habebis L. dies inclusis illis diebus nominatis. Alium huic proximiorum, vel plane eundem dierum numerum si computas exclusis illis diebus nominatis scilicet XXXXVIII. habet PLIN. XI. 16. et XVIII. 25. Sed conf. quae infra notabimus ad §. XXV. lit. l. ibique nominandum RICCIOLVM pag. 473. ubi haec soluit, verum quoque ex eo, quod ICrus in ipso hoc loco sine mensis Ianuarii diuortium factum, quatuorque mensibus stetit

matrimonium dicat. Iunge *l. 2. C. de feriis.*

c] Hoc ex eo intelligitur, quod de anni computatione supra diximus §. praec. Reg. 1. ibique exscriptimus ex *l. 5. D. soluto matrim.*

d] quae primae dicuntur, quia sunt proximae seu primae post tempus traditi fundi dotalis. Ita quoque CVIAC. lib. XIII. chseru. c. 22. interpretatur.

e] Vuam lectam, vindemiamque coactam supponi ex eo adparet, quod ICrus paullo post dicat, virum vindemiae fructum et quartam partem mercedis eius anni retinere non posse.

f] Locationem ad paratam pecuniam factam esse uti dicitur in *l. 25. §. 6. T. locati*, seu ita, ut numis colatur, uti est in *l. 26. §. 1. D. d. furtis* satis indicat mercedis saepius deinceps a ICto facta mentio.

quid de diuisione fructuum conuentum esse; neutrum enim in specie proposita continetur, nec temere adsumendum est. Dein occurrunt hic fructus naturales, vindemia scilicet, iique percepti, est enim vindemia coacta. Porro adsunt fructus ciuiles, puta merces, iique futuri. Tum tempus matrimonii est quatuor mensium, qui incipiunt a kalendis Octobribus et finiuntur cum pridie kal. Febr. proximi anni ciuilitate computati. Denique locationis tempus est a kalendis Nouembribus primis post fundum traditum vsque ad kalendas Nouembres insequentis anni. Quare iam, quum nec aestimatus datus sit fundus, nec de diuisione fructuum conuenit, [§. praec. reg. IIII.] fructuum autem omnium conditio par sit, (§. praec. reg. II.) aestimatio vindemiae coactae cum mercede, in ea anni parte, qua fundus locatus fuerit, imputanda, erit confundenda, veluti si vindemia aestimeretur XII. assium et merces per integrum annum pariter XII. assium, XII. illi cum XI. assibus mercedis, [qui imputari debent in XI. menses a kalendis Nouembribus primis, scilicet post fundi traditionem vsque ad kalendas Octobres proximi anni, quippe qui terminus est, quo finitur annus matrimonii [§. praec. reg. I.] [in vnam summam colligendi sunt [§. praec. reg. III.] vt totum ita confusum sit XXIII. assium, huiusque summae tres partes faciendae, earumque vna tertia, scilicet VII. assium cum besse, marito assignanda, [quia matrimonium per quatuor menses, ideoque tertiam anni partem durauerit,] reliquae duae partes tertiae vero, puta XV. assium cum triente, mulieri debebuntur. Et simili plane ratione, si vindemiam coactam velis aestimare XXIII. assium, mercedem integri vero XII. assium; deducto vno ex mercede assē, pro mense anni locationis, qui annum matrimonii excedit, summa diuidenda erat XXXV. assium, quorum XI. cum besse marito, reliqui XXIII. cum triente vxori cedent. Contra vero si singas vvarum collectarum XII. assium pretium

pretium, locationis integri anni mercedem vero XXIII. quum iam ex his posterioribus XXII. cum pretio vindemiae iungendi sint, duobus scilicet pro ultimo mense locationis, qui annum matrimonii non ingreditur, deductis,] huius summae XXXIII. assium, tertia i. e. XI. asses cum triente viro, reliquae duae tertiae puta XXII. asses cum besse mulieri erunt tribuendae.

## §. X.

*Vindiciae computationis propositae.*

Quae quum ita sint a nobis exposita, vt adpareat, plane ea cum regulis ante [§. VIII.] traditis conuenire, statim iam ad id progrediemur, quod tertio loco ad explicandum hoc caput nobis tradendum sumimus [§. praec.], vt scilicet in ipsam PAPINIANI responsonem curatius inquireremus, nisi videremus fieri posse, vt quid ex ipsis regulis illis, deductis ex iurium nostrorum placitis, nobis obiciatur. Quare hoc prius remouendum videtur, vt ante de nostra responsonem plane constet, quam ad PAPINIANVM pedem promoueamus. Existimare autem quis poterat, in eo lapsos nos esse, quod a tempore locationis computauerimus mercedem, quae secundum ea, quae supra [§. VIII. reg. I. in fine] de fructuum ciuillium computatione diximus, *habita ratione praecedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit*, computanda videri poterat, ita, vt non a kalendis Nouembribus, quibus locatio facta est, incipiendum esset, sed ab ipsis kalendis Octobribus, a quibus in matrimonio mulier, dosque data fuit. Sed quod diximus supra ipsis PAPINIANI verbis, fructus non ex die locationis diuidi, sed *habita ratione praecedentis temporis*, id non vna ratione explicari potest. Primum quidem hoc ita interpretari quis poterat, vt diceret, in fructibus ciuilibus diuidendis non per se et simpliciter inspiciendum esse locationis

cationis tempus; sed in genere, in omni fructuum diuisione ad id tempus, quo matrimonium post traditam dotis possessionem <sup>a]</sup>, durauit. Et ita recte! Dein vero et ita quis intelligere haec poterat, quasi dixisset ICTus, in computanda mercede simpliciter non, et plane nunquam respiciendum esse ad diem locationis. Et ita quidem male! Quare si vindemiam mulier iam perceperit, quum nuberet, post nuptias celebratas, traditoque fundo dotali, maritus possederit fundum per aliquot tempus, postea vero demum locauerit, tum non ex die locationis, sed ex eo tempore, quo nuptiis celebratis fundus in dotem traditus est, computatio institui debet, id quod ipse PAPINIANVS diserte declarat <sup>b]</sup>. Contra vero, si vindemiam maritus perceperit mense Octobri, mox kalendis Nouembribus locato fundo, veller mercedem, ab hoc inde tempore demum inferendam, etiam in mensẽ Octobrem imputare, vt quatuor mensium mercedem sibi sumeret, quis non intelliget, summe iniquum hoc fore? Pro mense Octobris enim et mercedem et ipsos fructus naturales percepturus esset, quod nec naturalis ratio admittit, et plane regulæ <sup>b]</sup> a IUSTINIANO <sup>c]</sup> propositæ ipsique menti ICTi nostri auersatur. Is enim semper in hac specie proposita de quarta parte mercedis loquitur, non de tertia, et diserte dicit, ex mercede, quæ debetur, virum portionem pro modo temporis, quo dotale fuit praedium, retinere debere, Pro mense vero Octobri merces non debetur. Quomodo ergo de mercede subsequēntis temporis potest quidquam ad praecedentia tempora transferri? Sed haec posteriora verba ICTi, quæ adduximus, dicit quis, pertinent non

<sup>a]</sup> quod addendum esse adparet ex l. 5. et 6. D. soluto matrim. Ipse quoque PAPINIANVS postea in l. 7. §. 2. hoc curatius expresse, vti mox obseruabimus.

<sup>b]</sup> in §. 2. huius legis 7. D. soluto matrim.

<sup>c]</sup> in l. vii. §. 9. C. de rei uxor. act. verbis, quæ supra ad §. VIII. lit. h. ad marginem exscriptimus.



non ad primam ab ICto propositam speciem, sed ad alteram, Quare quod in hac statuit ad illam transferendum non est. Immo vero respondeo, est omnino, quatenus ratio admittit, docente hoc ipso ICto, qui *idem* in altera illa, quam proponit specie, obseruandum esse dicit, quod in priori praeceperat. Quare non obstat, quo minus iis, quae hoc loco clarius tradita sunt, ad priora explicanda utamur. Quin hoc fieri debere, dialectici vno ore praecipiunt. Pari ratione quoque PAPINIANVS in altera specie tradita curatius id expressit, quod dicit, diuisionem esse faciendam pro modo temporis, quo *dotale praedium fuit*, quorum prius magis conueniens est iis, quae VLPIANVS et PAVLVS de tempore computando praecipiunt *d*]. Denique quod dicit ICtus, fructus non esse diuidendos ex die locationis, id potest et alia ratione explicari, vt ad primam scilicet speciem propositam inprimis adcommoedet, et ne tum quidem computationi nostrae repugnabit. Nam dici omnino et commode, si quid video, potest, ICtum, dum ad primam speciem a se propositam respexerit, hoc voluisse indicare, maritum non retinere sibi posse integram vindemiam mense Octobri perceptam, [quod alias videri poterat, ob ea, quae VLPIANVS *e*] dicit: *Dotis fructum ad maritum pertinere debere*] et diuidere tantum mercedem ex die locationis, sed potius eum debere omnes fructus, tam perceptos in eo anno, quam futuros, qui sperantur, diuidere. Quae explicatio ex iis iuuatur, quae sequuntur, et ex quibus huius adfert rationem reddit ICtus. *Neque enim, aiens, si vindemiae tempore fundus in dotem datus sit — — — retinere virum & vindemiae fructus et eius anni, quo diuortium factum est, quartam partem mercedis aequum est; alio-*

*d*] in *citt. II. 5*, et *6*. Vid. quae scripsimus sub *lit. a*.

*e*] in *l. 7. pr. l. IO. §. 3. inf. D. de iure dor.* LAYTERBACH in *C. T.*

*P. π. ad tit. soluto matr. §. II. vxori* ius dat repetendi etiam fructus post matrimonium perceptos, vltimi autem anni pendentes tantum diuidi iulc.

*alioquin, si coactis vindemiis altera die diuortium intercedat, fructus integros retinebit.* Quae omnia eo tendunt, vt doceat, maritum fructus eius anni, quo matrimonium solutum est, licet perceptos retinere non posse. Haec puto fere sensisse HENRICVM A SVERIN *§ 1*, et lubens dabo electionem inter vtramque explicationem, primo et tertio loco a nobis propositam, quarum neutram puto verbis repugnare, vtramque menti Icti consentaneam. Iam vero id addo, ne quis temere in alia contraria ruat, ICrum, quod probe animaduertendum puto, non dicere in computatione fructuum extremi anni inter coniuges diuidendorum, fructus ciuiles seu mercedem nunquam ex die locationis *computari* debere, sed semper et vnice ex initio eiusdem anni vltimi, sed potius eum dicere, fructus *diuidi* debere non ex die locationis, sed habita ratione praecedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit. Differentiam quaeris? Puto fat magnam adparere. Nam si prius dicis, supponis, fructus ciuiles *diuidendos* esse, et tantum de eorum *computatione* instituenda praecipis, sin posterus, ita intelligi poteris, vt indicare velis, fructus quoque ciuiles, quasi de eo dubitari posset [posse autem omnino in specie proposita, quia percepti iam sint, docuimus] *diuidendos* esse. Sed et hoc interest. Dum ais, habendam esse rationem praecedentis temporis in hac fructuum diuisione, non simpliciter adferis, ex praecedenti tempore illos esse computandos, sed tantum, videndum esse et circumspiciendum de praeterito tempore, an non hoc etiam in computationem venire possit. Non posse autem illud in hac specie proposita respici ita, vt merces etiam in mensem Octobrem imputetur satis ex iis, quae disputauimus, adparet.

§. XI

*§ 1* in *reperitis lectionibus iuris thes. iur. ciu. Tom. IIII. P. 50. cap. 32. apud EVER. OTTONEM in*

## §. XI.

*Proposita computatio ad Papiniani responsonem  
adcommodatur.*

Redeamus iam ex diuerticulo in viam supra stratam, et, quod tertio loco in hac explicatione tractare institueramus, [§. VIII.] id iam agamus. Superest enim grauissima illa quaestio, an, quam nos dedimus [ibid.] ad speciem propositam, responso conueniat ipsius PAPINIANI sententiae, eiusque menti adcommodari possit? De qua re videamus breuiter. En ergo PAPINIANI ICri responsonem, quae comparanda cum ea erit, quam exposuimus, *Vindemiae fructus, ita ille, et quarta portio mercedis instantis anni confundi debebunt, vt ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur.* Bone Deus! quantum haec PAPINIANI responso distat a tua! Fateberis. Ideoque vel ad cultellum criticum tibi erit confugiendum, asperaque et rauca voce clamandum: in mendo cubat caput illud, tolle hanc vocem, hanc corrigè, lege, scribe meo periculo, vel in mathematicorum legibus, quod multi hoc in argumento fecere, asylum praesidiumque quaerendum, vt sapientiosem te doceas PAPINIANO fuisse. Vtrum eligas, non audieris. Alterutrum autem eligendum erit. Ecquis enim vel audacissimus calumniator putabit, id se posse omnibus cauillandi artibus adhibitis efficere, vt verbis ICri non mutatis, illum sensum induat, quem tu antea professus es? Non audieris, inquam, parce igitur lateribus tuis! — Audio, intelligo, quae obloqueris, neque te solum, sed multos ita mihi obloquuturos sentio. — Et nihilo fecius — — ? Ommino! faciam tamen periculum, an relicta extrema vtraque, quam proposuisti, via, tam altera desperata, quam ad arrogantiam ducente altera, mediam, quam cauillatorum dixisti, eligendo, vt obuiam tibi eam, efficere possim, vt sentias, propius me a PAPINIA-

no nostro, quam tu forte putas, abesse. De singulis, si placet, quae in Icti responsione continentur, videamus sigillatim. Primum autem *confundi* vult vindemiae fructus cum quarta parte mercedis, — Confundi? Quid hoc? Dicam quod sentio. Confundi, notissimo vocis significatu, eodem sensu corpora fluida dicuntur, quo solida aridaque misceri dicimus, *a]* licet hoc verbum latius pateat, ut vtrumque sensum complectatur *b]*, nec raro vtrumque verbum iungatur *c]*. Vtrumque autem illud quum combinationem rerum, ipsarumque partium coniunctionem denoret, ad res incorporeales quoque transfertur *d]*, quae tamen frequentius confundi dicuntur, dum varia ratione iunguntur et in vnum quasi conflantur *e]*.

Sicuti

*a]* Vid. §. 27. 28. *I. de R. D.*

*b]* Ita vina misceri dicuntur in *l. 7. §. 8. D. de A. R. D.*

*c]* Vid. e. g. *l. 3. §. f. D. de rei vind.* vtrumque locum digestorum nominat OTTO ad c. §. 28. *I. ut probes*, discrimen horum verborum non semper observari. Nescio an recte. Miscendi enim verbum latius quidem est, ut et confusionem contineat, uti saepe occurrit, sed confundere pro miscere me apud veteres scriptores aut in libris nostris vnumquam invenire non memini. Conf. tamen *l. 23. §. 5. D. de R. V.* de qua mox sub *lit. e.*

*d]* quod optime adparet ex *l. 34. §. 2. D. de O. et A.*

*e]* Ita *confundi* dicuntur *obligationes*, confusa ut ita dicam creditoris et debitoris persona, i. e. concurrente in vnam personam iure et obligatione

*l. 21. §. 4. l. 50. l. 71. pr. D. de fideiuss. et mand.* et eodem plane sensu *actiones*, *l. 8. l. 17. l. 18. §. 1. D. de his quae vt indign. nec abfamili servitutibus c. l. 18. §. 1. D. d. t. l. 30. D. de S. P. V.* Verbum confundere autem id eo forte magis convenire putarunt rebus incorporalibus, quia, quod in confusione rerum liquidarum contingere dicebant, scilicet ut res confusae singulae non manerent in sua substantia, quum contra quae mixtae essent singulae substantiam suam retinerent, §. 28. *I. de R. D.* id in confusione rerum incorporalium quoque contingere observabant. Adeo proprium illud confusio censebant, ut ideo quae per fermentationem fit materialium coniunctio eam quoque confusionem dicerent, haeque ratione a plumbatura secernerent, Vid. *l. 23. §. 5. D. de rei vind.* cui iunge *l. 30. pr. D. de usurp.*

Sicuti autem partes hereditariae inter se <sup>f]</sup>, et cum bonis hereditariis dos conferenda <sup>g]</sup> confundi dicuntur, dum in vnam summam colliguntur, ita quoque hoc loco fructus naturales, licet iam percepti sint, adeoque viro acquisiti cenferi possent, secundum ea, quae alias in dotis fructibus obtinent, <sup>h]</sup> [ad id enim semper ICTus respexit, quia dubitandi rationem continet] nihilominus, quum sint ipso diuortii demum anno percepti, cum quarta parte mercedis confundi vult ICTus, hoc sensu, vt non separentur, et seiungantur, scilicet quod ad ius adinet, seu diuersi iuris habeantur, sed potius omnes plane fructus eius anni eodem iure habeantur et simili ratione inter virum et vxorem diuidantur. Quum vero, vt haec confusio plane fiat, necesse sit, vt fructus naturales cum ciuilibus, seu mercede, ad vnum genus reducantur, et homogenei fiant, opus erit, vt fructus naturales, iusto iis statuto pretio, ad pecuniae quantitatem reducantur. Quod si factum erit, ex ea pecunia tertia portio marito relinquatur, quia matrimonium per tertiam anni partem substiterit, et quum fructus naturales, quos iam percepit, pluris aestimentur, quam haec tertia pars huius pecuniae, quae conflabitur ex confusione contributioneque fructuum totius anni [i. e. mercedis vndecim mensium et vindemiae vno mense perceptae] tantumdem maritus vxori restituat, quantum pluris percepit. Quare intelligitur, ita voluisse ICTum vindemiae fructum cum quarta mercedis parte confundi, vt et fructibus illis tantumdem tantum, habita scilicet temporis ratione, [geometrice dicent alii] adcipiat, quantum quarta pars mercedis pro modo temporis aestimari potest. Ita enim philosophatur: Quarta pars mercedis, quae in tres menses Nouembrem, Decembrem, Ianuarium imputanda est, omni-

f] Vid. l. i. §. 14. D. ad l. falcid.  
g] l. 8. C. de collationibus.

h] Vid. §. praec. et quae ibi sub  
lit. c. nominavi iuris nostri loca,

um confessione marito deberetur, sed vindemiae fructus integros ipsi relinquere, iniquum est; ideoque eadem ratione *pro modo temporis* vindemiae fructus ipsi quoque tantum tribuendi sunt, qua merces ipsi conceditur, i. e. quantum horum fructuum in mensem Octobrem imputari potest. Ita puto PAPINIANI responsionem posse ad computationem supra a nobis propositam adcommodari. Rectene, an male, legentium esto et harum rerum intelligentium virorum iudicium. Neque ego verbum addam. Tu vero, antequam me condemnes, aut PAPINIANI verbis vim fieri veres, bis velim haec legas,

## §. XII.

*Pauca coronidis loco de variis doctorum interpretationibus huius legis, eius ratione et aequitate addiciuntur.*

Ne verbum quidem me addere velle dixi, puta ad conciliandum PAPINIANI effatum cum nostra responsione. Pauca tamen, ne nimium arroganter quis putet nos nobis tribuere, quae nostra non sint, de variis interpretationibus huius iuris capitris addamus. Multa sunt de huius legis interpretatione et sensu a ICTIS, et diuersimode, disputata, quod non mirabitur, qui scit, eam inter cruces ICTORUM esse relatum, et damnatarum numero habitam <sup>a]</sup>, quae quia nolunt intelligi, non intelliguntur. Quae vero solis verbis illis inspectis, quibus PAPINIANI computatio profertur cuiuslibet verborum corticem nudamque figuram intuenti, VI ANT. FABRI <sup>b]</sup> verbis utar, videbitur maxime conueniens interpretatio, ut scilicet fructus percepti cum quarta parte mercedis iungantur inque vnā summam

<sup>a]</sup> ab ANTONIO LESCVRIO, VI AN- c. 8. §. 2. p. m. 189.  
 tor nobis est EV, OTTO in Papiniano <sup>b]</sup> Coniectur. l. I, c. 13.

summam colligantur, huiusque summae tertia marito relinquatur, vt habeat, si fructus sint XII, et merces pariter XII, si vero vindemiae sint XXIIII, merces XII, adcipiat VIII, contra vero VI tantum, si inuersa ratione vindemia XII, merces XXIIII aestimetur, ea inter vetustissimas fuit. Inuenio eam apud VDALRICVM ZASIVM <sup>c]</sup> eandemque ACCVRSIO, TASONI MAYNO, BARTOLO A SAXO FERRATO tributam video <sup>d]</sup>, quam postea fortissime defendit CUIACIVS <sup>e]</sup>, qui etiam ad IOA. BVTIONEM, doctissimum quem dicit mathematicum, prouocat, eumque ACCVRSIVM et ALCIATVM refutasse conuiciis immixtis perhibet. Quare de ACCVRSII sententia dubius haereo. De ALCIATO enim constat, eum non fructus vindemiae cum quarta parte mercedis, sed cum integra mercede in vnā summam colligi voluisse <sup>f]</sup>, quod itidem CONANVS <sup>g]</sup>, DVARENVS <sup>h]</sup>, CORASIVS <sup>i]</sup>, ANTON, FABER <sup>k]</sup>, LVDOV, CHARONDAS <sup>l]</sup> docuerunt, licet hi omnes inter

se

<sup>c]</sup> ad l. 7. *D. soluto matr.* in operibus Francof. ad Moen. 1590. in f. excusis Tom. II. pag. 17.

<sup>d]</sup> a DVARENO in *disput. anuuerf.* l. I. c. 60. in operib. Fref. 1598. in f. editis p. 1055. BARTOLVM quidem, cuius opera possideo ex edit. BREDEKODII *Basil.* 1588. et 89. ipse inspexi, sed tam multa confusius disputata inueni, vt certo adlerere non ausim, eum huic sententiae adcedere. Reliquorum copia mihi non est.

<sup>e]</sup> variis locis in primis ad PAVLI *recept. sentent.* l. 2. r. 22. §. I. [quem locum inuenies quoque apud SCHLTINGIVM in *jurispr. ante - iust.* ex edit. Perill, AYRERI p. 310.] ad lib.

III. *Feud.* 30. et lib. XIII. obseruar. c. 22.

<sup>f]</sup> lib. 3. *paradox.* c. I. quem locum fide aliorum nomino.

<sup>g]</sup> lib. 8. *comment.* c. 10. quem inspiciendi potestas mihi non est.

<sup>h]</sup> locum dedimus supra sub lit. d. <sup>i]</sup> in *miscellaneis iur. ciu. lib.* 5. c. 7. tom. II. oper. a FOERSTERO *Viteberg.* 1603. in f. edit. pag. 701.

<sup>k]</sup> *coniectur. lib.* I. c. 13. edit. primae qua VI. priores libri *Lugd.* 1591. 4. m. prodire p. 25.

<sup>l]</sup> *Verisimil.* l. I. c. 10. apud EVOTTON. in *thesauro iur. ciu. rom.* I. p. 707.

F 3

se non plane conueniant, sed singuli fere singulos computandi modos habeant, quos omnes hic recensere nimis longum foret<sup>m]</sup>. His addi debent OSWALDVS HILLIGER<sup>n]</sup> et magna vtriusque DE COCEII tam HENRICI patris<sup>o]</sup>, quam SAMVELIS filii<sup>p]</sup> nomina, qui omnes in explicanda vi verbi *confundere*, quo PAPINIANSVS vtitur, multi sunt, et nouas explicationes proferunt. Sed desinam plura recensere nomina, quorum sat multa inuenire poterit, qui HILLIGERVM, TREVTLERVM<sup>q]</sup> aut EV. OTTONEM<sup>r]</sup> inspicere velit. Vnum vero, quem ab his tribus nominatum inuenio, alias forte non adeo notum HENRICVM A SVERIN<sup>s]</sup> inprimis laudare me oportet. Is enim ipse, quem EMVNDVS MERILLIUS<sup>t]</sup> inter altellos illos CUIACII refert, de quibus hic queritur<sup>u]</sup>, eandem,

m] Breuissime et in tabula exhibet CONANI et DVARENI computationem cum cuiaciana, quam ipse papinianam dicit *Perill. ESTOR in libello de dotalitio propter secundas nuptias cessante edit. 3. adpend. 2. pag. 109. De FRANC. HOTOMANNI, ALCIATI, DVARENI, CORASII sententiis latius exponit HVNNIUS in resolutionibus ad HIER. TREVTLER. select. disputat. vol. II. disput. 7. thes. 12. qu. 56. pag. 811. edit. Fref. 1620.*

n] in *Donell. enucl. lib. 14. c. 7. not. lit. D. part. I. pag. m. 1165.*

o] in *diff. de proportionibus Sect. 2. in Vol. I. exercitation. curiosar. nr. II. pag. 28.*

p] in *iur. ciu. controu. tit. soluto*

*matrim. quaest. 2. Part. II. p. 203. sq. edit. 3. de a. 1753. vbi miror eum, quod alias diligentissime facere solet, patrem non nominasse.*

q] in *select. disput. ad ius iustinian. Vol. 2. disp. 7. th. 12. pag. 306 seq. edit. 3. Marb. 1596.*

r] in *Papiniano c. 8. §. 2. p. m. 189. vbi CHARONDAE nomen pio FREDERI nomine substituendum est.*

s] in *repetit. lectionibus iuris civilis c. 32. apud EV. OTTONEM in thes. iur. ciu. tom. III. pag. 50. seq.*

t] in *dissertat. variantium libris ex Cuiacio praemissa c. 3. vti adcepimus ab OTTONE in praefat. ad tom. IIII. thesauri p. I.*

u] *Lib. XVI. obseru. c. 29. vti sunt huic [Roberto] inquit, similes hodie multi*



dem, quam nos supra exposuimus, computationem proponit, praeterquam quod in calculo illum errasse vidimus in eo exemplo, quod ultimo loco posuimus [§. VIII.] quod ipsum exemplum TREVT-  
LERVS, qui eum quoque sequutus videtur, rectius expressit. IV-  
LIVM PACIVM quoque conicio eandem computationem probasse v].  
Sicuti vero *Suerinus* non tantum primam speciem ab VLPIANO ex  
PAPINIANO propositam, verum quoque duas sequentes illustra-  
uit, ita inprimis legi merentur, quae DETLEVVS LANGEBECKI-  
VS »] ad explicandam tertiam non ineleganter proposuit,

Rationem huius iuris romani dispositionis si quaeris, facile  
intelliges, non vnam fore responsionem. Ita ORTHIVS x] eam  
quaerit in dominio marito in dotem competente, HARTMANNVS  
PISTORIS y] et BERLICHIVS z] in eo ponunt, quod ius mariti in  
dotem soluto matrimonio expiret, quod obscurum dictu videtur,  
et data opera refutatum est ab HENRICO A COCCEII aa], qui e con-  
trario

multi altelli mei, quibus singulis in  
tempore-reponam, quae debeo. Toti ii  
sunt dies totos in legendis nostris, nec  
ex alio iecore sapiunt, et quod morde-  
ant inuestigant ubique, transuersa mon-  
re, nihil tamen quod imitantur bene: ac  
sane μιμήτεται τις μάλλον ἢ μιμή-  
σεται.

v] Quod inde conicio, quia TREVT-  
LERVS proposita hac ipsa computatione  
nominat eum hunc in modum: vide  
pulcherrimus v a c. ad d. l. 7. §. 1.  
verb. tertia portio, cui iungit SVERI-  
NYM. PACIVM quoque singularem li-  
brum de fructibus inter virum et ux-  
orem soluto matrimonio diuidendis Spi-

rae 1596, in 8. edidisse ex LIPENII  
biblioth. iuridica edit. nouiss. de a.  
1757. tom. I. p. 857. et tom. II,  
p. 20. didici, ipsum librum nunquam  
vidi.

w] in annotation. c. 23. apud EV-  
OTTON. in thesauro iur. ciu. tom. I.  
pag. 562.

x] in diff. inaug. de fructibus vlti-  
mi anni Argent. 1681. §. 24. pag. 14.

y] in quaestion. iur. lib. I. qu. 24.  
nr. 27. p. m. 228. edit. Lipsi. de  
a. 1595.

z] in parte 3. conclus. 22. nr. 6.

aa] in diff. de iure feminis sect. 3.  
§. 5. exercit. curios. vol. I. p. 1248.

rario communem sustinet opinionem, secundum quam ratio huius distributionis fructuum ultimi anni later in ipsa dotis ratione, pro qua ex eadem onera matrimonii sustineri debent, quare quousque matrimonium subsistit, eousque et pro ea temporis parte marito ius competit in dotis fructus, ex quibus is matrimonii onera ferre debet, ex quo vero soluitur matrimonium, cessat ille dotis finis, ideoque cum ipsa dote fructus quoque ex eo tempore, quo matrimonium solutum est, restituendi sunt. Quam naturalem philosophandi rationem sequuti sunt quoque HUNNIUS *bb*], BOEHMERVS *cc*], IHRINGK *dd*], alii, eaque et nobis placet.

Ipsi aequitati naturali autem, cui haec ratio distributionis perquam consentanea est, quaeritur an conveniat computatio illa, quam supra [§. VIII.] exhibuimus. Et si libere dicere licet, quid sentiamus, non plane eidem convenire putamus. Videntur enim in hunc matrimonii annum plures computari fructus, quam debebantur. Ex quo termino enim annum computes, naturali ratione semper debebunt unius anni fructus iidem esse. Quare, si ponis, PAPINIANVM de vinea hic loqui, aequum non erit, pluris aestimare fructus anni unius, quam vindemiae sunt, quae ex ea coguntur. Sin vero, quod vult TREUTLERVS, non solam vineam dicis fundum dotalem fuisse, sed aliis quoque agrorum fructibus et frumenti generibus aptum, iniustitiae tamen accusandus eris, quum mercedem rotius fundi aequis partibus ad singulos menses distribuendo refers, Certe enim hac ratione proximus annus tanti aestimandus non erit. In eo enim sola duodecima mercedis pars, in mensem Octobrem imputanda venit. Quare sane non video, quomodo iniquitatis notam

*bb*] loco, quem diximus supra sub  
*lit. m. pag. 809:*

*cc*] in iure ecclesiast. proest. l. 1.

*lit. 7. §. 29. tom. I. pag. 348.*

*dd*] in *diff. inaug. de modo computandi fructus in separatione fendi ab allodio §. 29. p. 44.*

tam effugere velis, qui in hunc matrimonii annum integras vendemias ad mensem Octobrem refers? Dixi quid sentiam libere, non vero, quod quilibet prudens facile aestimabit, ut, quae legibus scripta sunt, inde corrigenda, emendandaue putem, sed ut, quod non tantum non dedecere ICTum, sed ad eius partes maxime pertinere puto, modeste in rationes legum inquiram.

Id mirati sumus, CVIACIVM, licet eius computandi ratio, quantum ego quidem video, longissime recedat a naturali ratione, [nam aut computanda plane non est merces eorum mensium, in quibus nihil fructuum percipitur, aut integra ratione illorum computanda erit, quatenam ergo naturalis ratio excogitari poterit, ob quam quarta mercedis pars inter coniuges diuidatur?] tamen eum contra claras leges statuere secundum hunc modum etiam usufructu finito diuisionem fructuum vltimi anni inter fructuarium et proprietarium esse instituendam, in quo, ut fieri solet, habuit, qui illum sequuti sunt, et qui contra eum pugnarunt.

§. XIII.

*Germanorum de fructuum iuribus placita.*

Postquam illustres quaestiones de fructibus, tam rei fructuariae, quam dotis, ex iure romano pertractauimus, necessarium videtur, pauca quoque de germanorum institutis in doctrina de fructibus addere [§. IIII]. Qua in re si quis nobis succensere velit, quod post curas summorum virorum, IOAN. PETRI DE LVDEWIGA],

IOAN.

a) in differentiis iuris romani et germanici in fructuum attributione tutelae usufructuariae, ubi caput posterius inscriptum est: de fructuum at-

tributione sigillatim ad quod hic respicimus. Recusus est iste libellus, qui primum in forma dissertationis inauguralis IOAN. ADAMI BRESCII

G

1712.

IOAN. HENR. DE BERGER <sup>b]</sup> HENR. DE COCCEII <sup>c]</sup> IOAN. WOLFG. TRIER <sup>d]</sup> HARTM. PISTORIS <sup>e]</sup> MATTHIAE BERLICHII <sup>f]</sup> IOAN. GEORG. ESTORIS <sup>g]</sup>, et qui hunc per annum audientem eius praeceptis se abundare dicit, DIEDERIC. CHRISTOPH. IHRINGK <sup>b]</sup>, qui data opera hunc locum iuris germanici illustrarunt, aliquid de hac quaestione proferre annitatur, is sciat, non adeo arroganter hoc a nobis institutum esse, quasi putaremus, nouam nos posse huic loco lucem adfundere, aut meliora et politiora a nobis proficisci debere, quam ea, quae in horum virorum libris disputata inveniuntur, a qua stultitia longissime nos sciat quisque abesse, sed id tantum nos agere, ut breuiter et succincte tradamus ea ex maiorum institutis, sine quibus sequens nostra disputatio vix intelligi poterit, hacque ratione quasi in tabula coniunctim exhibeamus, quae seiungi non debent. Sed de fructuum iure inter germanos quaerentes nos non ad antiquissima tempora ascendere posse facile intelliget quisque pristinae maiorum nostrorum conditionis non plane ignarus. Nam quis cognita simplicitate vitae veterum germanorum

1712. prodit, in *opusculis miscellis* celeberrimi viri Halae 1720. duobus tomis in fol. excusis tom. II. lib. IIII. loco VI. pag. 1203 — 1260.

b] in *Oecon. iuris* l. II. tit. 3. §. ult. not. 4. edit. bachianae de a. 1755. pag. 256.

c] in *diff.* quae est *inaug.* IO. PETR. THIELE *de iure feminis* 1693. quae in vol. I. *exercitation. curiosar.* Lemg. 1722. editar. loco LXXXIII. posita paginas inde a. 1237. vsque ad 1280. implet, ubi *sect.* IIII. et V. ex instituto persequitur iura germanica.

d] in *diff. de transmissione fructuum feudatium in heredes allodiales*, Lips. 1747. quae fere tota est in iure saxonico explicando occupata.

e] in *Quaest. iur. lib. I.* [Lips. 1595.] *quaest.* 24. ubi late hoc argumentum tractatur.

f] in *parte 3. conclus.* 22.

g] in elegantissimo libello de *dotulitio propter secundas nuptias cessante* edit. 3. de a. 1758. ad p. II. pag. 110.

h] in *diff. inaug. de modo computandi fructus in separatione feudi ab allodio*, Marb. 1746. c. 5. pag. 74. sq.

rum quaestionis iuris adeo singularis et specialis decisionem expectet. De fructibus, quid quaeso populus sancire potuit, cui ne arare terram, aut expectare annum tam facile persuaseris, quam vocare hostes et vulnera mereri, i] qui in ipsis agris partiendis facilis est, qui arua per annos mutat, cui superest ager, nec cum ubertate et amplitudine soli labore contendit, ut pomaria conserat, et prata separet, et hortos rigeat, ubi sola terrae seges imperatur, autumnum perinde nomen et bona ignorantur k], omnisque agrorum cura seminis, scibusque et infirmissimo cuique ex familia relinquitur l], ubi cibi simplices: agrestia poma, recens fera, aut lac concretum m], ubi ipsa terra in uniuersam stilis horrida, aut paludibus foeda, satis quidem ferax, sed frugiferarum arborum impatiens n], ut in Aesthyorum gentibus imprimis hoc miretur TACITVS o], quod frumenta caeterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia p] laborent. Licet ergo agros quidem coluerint, quin quaedam loca diligentius illinerint terra, ita pura ac splendente, ut picturam et lineamenta colorum imitaretur q], ipsique potui humorem adhibuerint ex hordeo aut frumento confecto r], tamen agrorum cultu-

i] Verba sunt TACITI de morib. germ. c. 14. extr.

k] idem c. 26. In mentem nobis haec scribentibus veniunt, quae TULLIVS eleganter in libello de senectute, postquam per integrum cap. 15. delicias agriculturae descripsit, in extremo addit: Non vero segetibus solum et pratis et vineis et arbutis res rusticae laetae sunt, sed etiam hortis et pomariis, rum pecudum passu, apium examibus, florum omnium varietate, Longe aliter maiores nostri!

l] c. 15. init.

m] c. 23.

n] c. 5.

o] c. 45.

p] hoc inertiae vituperium ipse CORNELIVS noster hac ratione emolliere videtur, quod miretur naturae diuersitatem, quam iidem homines sciunt inertiā et oderint quierem. Vid. c. 15. de M. G.

q] c. 16.

r] c. 23.

G 2

culturam tanti certe non fecerunt, vt de hoc fructuum genere quid statuerent. Fructuum autem ciuilium genera pleraque iis puro ignota fuisse, certe licet pecuniae vsu non destituti s] *fenus agitare et in vsuras extendere ignotum iis fuit t]*. Sed nec in posterioris aevi legum scripturarum fragmentis de hac quaestione quid quaererem, antiquiora huius iuris vestigia, quam quae in EPKONE reperiuntur, vix inuenturus. Haud vero ignotum est, quid is nobis tradiderit de fructibus praediorum industrialibus pendentibus. Hos enim, quum ius romanum plane non iure seminis aestimari velit u], quin potius, vt omnes fructus stantes pro parte fundi v] habeat, eum ex more Saxonum sequi docet, cuius cura et cultura prouenerunt, id quod non tantum de feodis w], verum quoque de omnibus aliis praediis praecipit, quae feodorum iure non continentur x], quare in paroemiam abiit germanico idiomate dicere: *Qui sibi serit, sibi quoque metit y]*, eadem sane ratione, vti Plautus: z]

Tibi

s] c. 5.

t] c. 26. init.

u] Ita IULIANVS in l. 25. pr. D. de vsuris, omnis fructus, inquit, non iure seminis, sed iure soli percipitur. et mox in §. I. d. l. in percipiendis fructibus magis corporis ius, ex quo percipitur, quam seminis, ex quo oriuntur, adspicitur.

v] Diserte CAIUS fructus pendentes, ait in l. 44. D. de R. V. pars fundi videntur.

w] Verba in spec. sax. lib. 2. art. 58. haec leguntur: *Der Mannes Saat, die er mit seinem Pflug wircket, die ist verdienet als die Egde darueber gebt,*

und des Garten, als er gerodet, gesaet und gebarket ist.

x] Hoc clare adparet ex spec. sax. lib. 3. art. 76. his verbis: *Nimmt ein Mann eine Wirwe die eigen oder lehen oder Zinsguter zu Leibzucht bar, was er also in dem Gut mit seinem Pflug arbeitet — — stirbet die Frau — nach der Saat, als die Egde das Land bestrichen, die Saat ist ihres Mannes. Item ex verbis finalibus art. 77. ibid. Sine mal daß es des sein selbst Pflug nicht beging, der da starb.*

y] *Wer saet, der maeret.* Hanc paroemiam illustrat HERTIVS de par. iur. germ. l. 1. par. 87. opusculor. vol. I.

rom.

*Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.*

Id quod moribus antiquis obtinuisse etiam in bonae fidei possessore, modo is omnem iam culturam adimpleuerit, antequam actio aduersus ipsum instituat, ex utroque collectore consuetudinum saxoniarum <sup>aa</sup> et sueuicarum s, alemannicarum <sup>bb</sup> discimus. Plane enim

rom. III. pag. 542. edit. Francf. de a. 1705. Idem quoque ibid. par. 20. pag. 428. explicat illud: *Was die Egde bestrichen, vnd die Harcke bedeckt hat, das solget dem Erben.*

z] in mercat. prot. v. 71.

aa] Probe notanda sunt verba spec. Sax. l. 11. art. 46. *Wer eines Mannes Land vnwissentlich eeret, oder eeret eines Mannes Land, das ihm ein ander vermietet hat, wird er darum beschuldigt, dieweil er es eeret, seine Arbeit verlust er daran, ob es iener darnach mit Recht behaelt. Der es ihm aber vermietet hat, der soll ihm erstatten seinen Schaden. Wer auch also ein Land saet vnter rechtlicher Klage, der verlust seine Arbeit vnd seinen Saamen daran. Was er aber saet vvorborben vor der Klage, da behaelt er auch die Saat an, vnd giebt seinen Zins davon ienem, der das Land darnach behaelt.* In quo textu interpretando recte quidem vidit HEINECC. in element. iur. germ. tom. I lib. II. § 68. tres species contineri, sed primam nescio an recte latine translulerit. Mihi quidem hic sensus videtur:

Qui bona fide fundum alterius quasi suum, aut sibi locatum a tertio, qui dominus non erat, colit, domino vindicanti fructus cedere tenetur, si is superuenerit dum in colendo agro occupatus erat possessor, quod adeo verum est, ut ne dominus quidem possessori pro operis in cultura adhibitis teneatur, neque tamen, si forte fundum conduxerit, aduersus locatorem experiri prohibetur.

bb] in spec. SVEV. cap. 223. distinctius illae species exponuntur his verbis, quae leguntur in SENCKENBERGII corp. iur. germ. tom. II. pag. 272. *Der bauwet eines andern mannes acker mit wissen, wirdt er beschuldigt darum vor gericht, er hat voran sein arbeyt verloren, vnd er soll dem richter werten. 2. thut er es vnwissent, so büffet er nit. 3. hat es ihm jemand gelonet, ze bauwen, der soll im seinen schaden abtun. 11. 4. wer das land bauwet oder saet, des er zu klag kompt der verlewret sein arbeyt vnd sein stat [vel potius Saat] vnd muss dem richter büssen 111. 5. was ein mann bauwet vnd saet, das ungeklagt ist,*

enim sufficere non voluerunt maiores nostri feminis iniectionem, aut coeptam tantum culturam, sed vt plene omnia, quae ad colendum agrum requirentur, absoluta sint, quod factum intelligitur, dum ager rastro subactus est, quare sub expressa hac restrictione quoque in Borussia idem sancitum est in vsufructu et dotalitio obseruandum <sup>cc</sup>], quod et moribus *Transilvaniae* seruari ex *BVSIO* <sup>dd</sup>] notarunt *DE COCCEII*, <sup>ee</sup>] *HERTIUS* <sup>ff</sup>], *DE LVDEWIG* <sup>gg</sup>], sicuti autem expressa lege *Principis Electoris Saxoniae D. AVGVSTI* <sup>hh</sup>] hoc

*ist, so soll er sein arbeyt vnd sein gut herab nyessen* 6. *vnd sol man davon geben zins oder geldt, das sol er auch geben wen es angebüret.*

c c] Haec enim leguntur in dem Churfürstlichen Brandenburgischen revidirten Landrecht des Herzogthums Preussen, quod publicatum est a. 1685. auctoritate D. FRIDERICI WILHELM I. Principis Electoris, facta revisione iuris statutarii iam antea 1620. a Principe Electore IOANNE SIGISMUNDO publicati lib. III. tit. 111. §. 10. Diweil aber das Saechsische Recht ein anders eingeführet [in anterioribus enim iuris romani decisio adducta erat] wollende, daß dasienige was die Egde bestrichen hat, zum Erbe des vsufructuarii, oder zu der Frauen Leibgeding gehören solle, vnd solches auch der Billigkeit nicht ungemaeß, als lassen Wir es bey dem Saechsischen Rechten bewenden — et in §. 11. Wann aber einer Frauen ein Leibgeding auf ein Gut

gemacht worden, vnd sie alsdann versterbe, wen das Feld besaetzet, vnd mit der Egde noch nicht bestrichen, so sollen alle Erächte demienigen heimfallen, so ein Erbe der Güter ist, welcher der verstorbenen Frauen Erben die gedoppelte Aussaat, vor Saat vnd Arbeit zu erstatten schuldig seyn solle — Vnd solches soll auch gleichmaessig von denen verstanden werden, die ihre Lehn oder Magdeburgische Güter an ihre Lehn-Folgere verstaemmen. Dann die sollen zwar dieselben Güter erben, aber alles, was die Egde bestrichen, sollen sie den Landerben vumewerlich folgen zu lassen schuldig seyn.

dd] ad l. 58. D. de vsufr. nr. 6.

ee] de iure sem. f. 4. §. 4. p. 1256.

ff] in paroem. 20. p. 428.

gg] de attrib. fruct. diff. 1. litt. pp. pag. 1231.

hh] Verba dabo ex confirmationibus Dresdae 1572. editis fol. 65, b seq. pag.



hoc ius tam in feudis, quam in allodio, in dotatio et dotum fructibus obseruari cautum est, ita de eiusdem hodierna in Saxonia praxi plane dubitandum non est <sup>ii</sup>]. Quod ius in dotatitii fructibus vniuersalibus Germaniae iuribus accensetur a viris de iure domestico insigniter meritis <sup>kk</sup>]. Rationem huius instituti eleganter anquirat, & cum legum romanarum ratione comparat, qui hoc studii genere in iurisprudencia nostra excellit, IO. SCHILTERVS <sup>ll</sup>], sicuti DE LVDEWIG <sup>mm</sup>] quoque aequitatem huius iuris tueri conatus est. Eadem philosophia niti quoque ea, quae de vineis et pomariis ad festum Urbani cultis moribus recepta esse REPKOVIVS restatur <sup>nn</sup>] DE COCCEII obseruauit <sup>oo</sup>]. Sed haec fere sunt, quae de

*p. 3. c. 32. Nach Saechsischem Lehnrecht aber was die Ege bestrichen hat und unterbracht ist, bey Leben der verstorbenen, solches, weil es des verstorbenen erworben Gut, auch bey seinem Leben beschicket worden, folget und bleibet den Erben, und nicht den Lebensfolgern, welches auch statt hat, da gleich die Lehnsgüter der Frauen zum Leibgeding vermacht. Also auch, da ein Garte bey des verstorbenen Leben gerodet, gesaet, geharket, folgen die Gartenfrüchte den Erben. Gleichfalls da ein Weib liegende Gründe hat, und verstorbet nach der Saatzeit, so bebaelt der Mann die Früchte.*

*ii] Vid. DE COCCEII, loco, quem dixi, §. 5. ibique allegatos ICtos Saxones.*

*kk] Perill, FVATTER in elem. iur.*

*germ. priu. §. 358. generos. et illustr. DE SELCHOW in elem. iur. germ. priu. hod. §. 458.*

*ll] in praxi iur. rom. in foro germ. exerc. 16. §. 58 — 61.*

*mm] loco, quem dixi litt. xx. pag. 1232. cum quibus conferri possunt, quae scribit litt. xxx. p. 1234.*

*nn] spec. sax. lib. 11. art. 58. Dies rede ich darum, dann arbeiret ein her oder ein Mann von seinerwegen garten oder Baumgarten oder Weingarten die zu dem Lehn gehören, und beschicket sie bis auf St. Urbans tag, und hat sich dann das Kind noch nicht beiaeret, so nimmet der Lehnber die Frucht herab.*

*oo] l. c. §. 6. vbi tamen perinde, vt reliqui doctores Saxones diem S. Urbani dixit d. 25. Martii, quod correxit DE LVDEWIG l. c. litt. oo. pag.*

de fundorum fructibus ex medio iure germanico proferre possum. Nam, quae de reliquis variis fructuum generibus legibus nouioribus sancita sunt, ea iurium specialium nomine veniunt, quum, quae ex illis Saxonum, Alemannorumque moribus tradidimus, propius ad iura consuetudinaria vniuersalia adcedant pp], de quibus hoc loco quaerendum nobis tantum erat; vt taceamus, ea, quae singularibus illis legibus disposita sunt, maximam partem ad feoda tantum pertinere, de quibus nondum quaerimus, et multis difficultatibus implicata esse, quae adeo breuiter exponi non possint,

## §. XIII.

*De iure fetus animalium prolesque seruilis ex veterum Germanorum institutis.*

Sed quum incidimus in hanc quaestionem de fructuum iure secundum maiorum placita, iungamus et attingamus certe illam, qua de fetus iure quaeritur, et de conditione eorum, qui ex seruis ancillisue nascuntur. Disceptatum est de hac quaestione inter clarissimos viros. Nam HUGO GROTIUS, vbi docet, quid natura de iure fetus animalium praecipiat a], putat, parum id naturae conuenire

pag. 1231. reposuitque diem 25. Maii. Pariter quoque ibidem, quae COCCII de praxeos incertudine in hac re dixerat, plane negat.

pp] Vid. CL. FRID. HENR. MYLII diss. inaug. de genuino iuris germanici vniuersalis hodierni privati ciuiliis conceptu, mediisque illud meliorem in ordinem redigendi Lips. 1751. cap. I. §. 5. et quae latius hac de re exposuit in diss. de iure consuetudinario vniuer-

sali Germaniae medii aevi in speculis saxonico et suenico eiusque cognoscendi ratione Lips. 1756. cum quibus conueniunt, quae eleganter scripsit Ill. GVIL. AVG. RYDLOFF Fautor summo opere colendus multisque nominibus mihi perquam carus, in comment. de iure german. iusta methodo tractando, Goett. 1767. §. 8.

a] de iure belli et pacis lib. II, cap. VIII. §. 18.

vire, vt fetus ventrem sequatur, sed quum et patris pars sit, quod nascitur, conuenientius esse, vt communem dicas fetum domino maris et ventris, additque, id ipsum sequutus esse veteres *Lombardorum et Francorum* leges. Contra haec DE COCCEII *b]*, vt fieri solet, si quis contra romanorum Ictorum philosophumena *c]* insurgit, disputat, negans non tantum, magis conuenire naturae, quod GROTIUS dixerat, quam quod Romanis placuerat, de quo iam non disputabimus *d]*, sed et id, quod ille de veterum *Francorum et Lombardorum* legibus dixerat. Has leges enim nec nominasse GROTIUM, dicit *e]*, et contra prouocat ad leges quasdam veterum Germaniae populorum, quibus contrarium traditum asserit *f]*. Quum vero haec loca perscrutanti mihi hac ratione rem nondum esse confectam adpareret *g]*, placuit pauca de ea adicere. Vt ne vero misceantur, quae miscenda non sunt, si de iure

*b]* de iure femin. sect. I. §. 9. IO. II. exerc. vol. I. p. 1241. seq.

*c]* Romanis enim contrarium placuisse non ignotum est. *l. 5. §. 2. D. de rei vind.*

*d]* Negauerat idem iam antea PENDORFIUS de iure nat. et gent. lib. III. c. 7. §. 4. Negarunt id pariter postea WOLFFIUS in instit. iur. nat. et gent. §. 233. et cum KESTNERO Perill. DARIUS in instit. iurispr. uniu. §. 469. schol. I.

*e]* Sed quum GROTIUS in ipsa hac quaestione se referat ad ea, quae de ancillarum partu disputauerat, lib. II. c. V. §. 29. ibique in notis varias allegauerat veterum leges, puto cum ad haec

loca respexisse, quod eodem iure agnoscere debebat DE COCCEII, quo ipse nulla alia loca nominauit, quam quae de seruili partu loquuntur. Vid. sequentes lit. *f. et g.*

*f]* Nominat, hanc in rem *l. 2. leg. Lomb. c. 14. Edict. THEODORICI Regis subiectum LL. Wisigorb. §. 65. 66. Specul. suen. P. I. c. 61. 62.*

*g]* Primus enim locus, vitio operarum forte non recte indicatus, nihil habet quod ad rem hanc spectet. Alia loca ex lombard. legibus dabimus infra sub lit. *ww. xx. yy.* Alter locus ex THEOD. edicto hic est: *65. Quoties se ancillae ingenuus, aut originarius aut seruus forte miscuerit, necesse est, vt*

H

omnis

iure germanico antiquo, de hodierno enim constat *b*], sermo est, seiungendae videntur quaestiones de fetu animalium, et de partu feruill. De fetu animalium quidem frustra in legibus, et iis, quae de moribus maiorum nostrorum tradita nobis supersunt, quaesui vestigia. Quamuis enim, quod HEINECCIUS *i*], ENGAVIVS *k*] et illust. EISENHART *l*] adfirmant, moribus Germanorum quo-

omnis matrem sequatur agnatio, id est, filii omnes ad dominum ancillae pertinent 66. quotiens vero se originariae seruus alienus ingenuusue misceverit, nihilominus omnes filii matrem sequantur. Vid. GEORGISCH *corp. iur. germ. ant. pag. 2219. seq.* Sed obseruauit BARBEYRACIUS in *not. ad GROT. gallice translatum ll. 8. 18. not. 4. p. m. 368.* ex iis, quae statim subsequuntur in isto edicto apparere, antiquos illos populos non per omnia sequutos esse Romanorum leges, quod eo magis notandum erit, quum ipse GROT. supra ll. 5. 29. in *not. ad c. 67.* huius edicti protocauerat, de qua re mox plura dicemus sub *litt. qq.* Tertius denique locus, cuius numeri referri debent ad GOLDASTI editionem, [in reliquis enim ista capita designantur numeris 63, 64. Vid. SENCKENBERG. *corp. iur. germ. rom. ll. p. 82. seq.*] ad Germanorum iura plane referri nequit, diserte ibi enim fit mentio iCti romani, eiusque decisio adponitur, verbis: *des fragen wir einen Meister im Landrecht, der hies MARCELLVS. In*

quo nomine errasse auctorem huius cap. reponendumque esse MARCIANI nomen ob *pr. I. de ingen. et l. 5. §. 2. D. de statu hom. GOLDASTVS* monet ad *d. c. et DE LAHR* in *praefat. ad spec. suu. §. 36.* apud SENCKENB. *p. 26.* defendit contra SCHILTERVM, qui in *prax. iur. rom. ex. 48. §. 19. not. b. tom. 3. p. m. 123.* receptam lectionem probans VLPIVM MARCELLVM intelligit.

*h*] Eleganter enim *Generos. et Ill. DE SELCHOW* in *elem. iur. germ. priu. §. 561. edit. 2.* quod ad titulos, inquit, dominium transferentes et modos acquirendi dominium attinet, pleraque, quae usu fori hodierno obriuent, e iure peregrino petita sunt. *lunge Perill. PVETTERI elem. iur. germ. §. 533. edit. 2.*

*i*] in *elem. iur. germ. rom. l. lib. 11. §. 62.*

*k*] in *elem. iur. germ. ciu. lib. 11. §. 337.*

*l*] in *instit. iur. germ. pr. lib. 11. Tit. 1111. §. 17.*

que fetum sequutum esse ventrem, firmari videatur paroemia quadam iuris, quae oui dominium tribuit gallinae domino *m*], haec ipsa tamen paroemia videtur recentioris originis, certe ea philosophiae legum *Wisigothorum* *n*] parum conuenit. De seruili vero prole, si quid uidemus, duplex est quaestio instituenda, ut omnia curate intelligantur. Primum enim quaeritur: Parentum si alter liber est, alter seruilis conditionis, quam conditionem liberi sequantur? Alterum, de quo uidentum, hoc est: Proles ex parente utroque seruo quidem, sed diuersorum dominorum nata, cuienam, patris an matris domino adquiratur? Vtramque quaestionem miscere doctores uidemus, quum tamen seiuigenda omnino sit. Difficilis autem uidetur ad utramque quaestionem propositam curata et plena responsio, ob miram quam inuenimus institutorum germanorum diuersitatem. Sed faciamus periculum, proferendo qualiscunque nostras in perscrutanda hac re curas priores. Ad primam autem quod attinet quaestionem, prolixè respondet *POTGIESSER* *e*], hanc ponens regulam: ex impari matrimonio *p*] prolem

*m*] Ist die Henne mein, so gehören mir auch die Eier. Vid. *HERT*. in *epidipnide paraemiar.* XXIII. vol. 11. tom. 111. opuscul. p. 451. primae edit.

*n*] *lib. X. tit. 1. c. 17.* apud *GEORGISCH* p. 2131.

*o*] *de statu seruorum edit. Lemgov. de a. 1736. l. 2. c. 2. §. 44 — 50. p. m. 403. seq.*

*p*] Simpliciter impar matrimonium hoc adpello, quum eiusmodi matrimonium tantum, quo seruilis conditionis homines cum ingenuis miscentur, v-

nice hoc nomine insigniri debere post *Perill. BOEHMERVM* in *diff. de impari matrimonio et iure liberorum ex eo natorum circa successionem feudalem* §. 2 — 10. docuit more suo, id est elegantissime et solidissime *S. V. et Perill. DREYER* in *der Abhandlung von den Wirkungen der Genossenschaft*, §. 6. not. 3. 4. 7. 9. 10. in eiusdem *Samlung vermischter Abhandlungen*, P. 3. p. 1291. *seq.* quibus iungendum est tertium illustre nomen *Generof. DE SELCHOW* in *elem. iur. germ.* §. 429-

lem suscitata[m] plerumque deteriore damnata[m] esse conditione, eamque apud *Francos* q] *Ripuarios* r], *Alemannos* s], *Wisigothos* r], *Bauaros* u], *Saxones* et *Longobardos* v] obtinuisse docet, eandemque regulam statuunt *KOPPE* w], *Perill. DE CRAMER* x] et *Perill. BOEHMERVS* y]. Sed sicuti *POTGIESSER* probe obseruat, sapissime factum esse, vt domini iuri suo renunciarent, ideoque pacto concederent libertatem proli a seruis vel ex ancillis suis ex tali impari matrimonio procreatis, eamque dominorum in concedendis libertatibus indulgentiam a *CAROLO M.* restrictam esse, ita ipse negat, perpetuum fuisse hoc ius et vniuersim obseruatum. Et sane non idem videtur, hoc ius omni tempore, nec omnibus populis fuisse. Ita enim temporis distinctionem faciunt *REPCOVIUS* z] cum glossa-

432. ibique nominata eiusdem *differ.*  
ad hoc argumentum spectans.

q] teste *MARCVLPHO* l. 11.  
*form.* 19. et in *adpend. form.* 18. *CAROLI M. Capitulari* VI. ad a. 803.

r] *lex Ripuar.* tit. 58. §. 2.

s] *chart. II.* apud *GOLDAST. antiq. Alemann. tom. II.* Add. *spec. suen. c.* 328. §. 3. apud *SENCKENB.* p. 386. quod apud *GOLDAST* est c. 324. apud *SCHILT.* 382. cui iunge c. 50. et 52. apud illum p. 77. *seq.* quae penes istum sunt c. 48. et 50. penes hunc c. 50. et 383. *POTGIESS.* cum aliis c. 101. §. 1. nominat, quod nescio, ad quam editionem sit referendum.

u] c. *ut.* c. 32. *qu. 4. L. Wisig l.* 3. tit. 2. §. 3. [addo quoque §. 4. qui clarissime hoc monstrat] *lib. 4. r. 5. §. 7.*

v] *ius prou. bavar. art.* 8.

w] de utriusque testis est *glossator ad spec. sax. lib. I. tit. 16. in fine.*

x] in libro *de insigni differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos* S. 3. §. 5. pag. 239.

y] *de iuribus nobilit. auir. c. 3. §. I.* pag. 118. *lit. p.*

z] in *disl. de impari marrim. et iure liberor. ex eo natorum circa successionem feudalem* §. 10.

z] *Lib. 3. art. 73.* cuius verba initialia: *Nimt ein schöppenbar Freymann eine Bauergültrin, inuersa ratione profert Perill. BOEHMERVS l. c. p. 35.* hunc in modum: *Nimt ein schöppenbar vrig Wiffenen Bergelten,* et quidem ex antiqua editione *LYDORICI.* Eadem quoque ratione verba haec dedit *S. P.*

glossatore suo <sup>aa]</sup>, qui WICHMANNI Episcopi mentionem faciunt, cuius tempore iura prolis ex ingenuis et seruis natae mutata esse dicunt. In *Weichbildo* quoque *magdeburgico* <sup>bb]</sup> eiusdem WICHMANNI mentione facta ad HENRICI VI. tempora, haec mutatio iuris antiqui refertur, quod is statuerit, prolem debere conditionem matris sequi. Certe FRIDERICVM I. *Imperatorem* hoc sanxisse constat <sup>cc]</sup>, quod et veteri iure *austriaco* <sup>dd]</sup> et lege *scandica* <sup>ee]</sup> constitutum, et multis praeterea statutis receptum est <sup>ff]</sup>. Neque vero exempla desunt populorum, qui patris conditionem praeferre maluerunt. Praeter, vestigium huius rei, quod in *Longobardorum* legibus occurrit <sup>gg]</sup>, HENRICVS II. *Imp.* decreta concilii papien-

sis

et *Perill.* DREYER l. c. pag. 1308. Ego vero ita, uti primo loco scripsi, expressum inuenio in edit. duabus Lipsiensibus, altera de a. 1545. ex officina NICOLAI Wolrab. fol. 247. b. altera CHRISTOPH. ZOBELII de a. 1569. fol. 423. b. In utraque editione his verbis initialibus articuli haec adnotata lego: *In diesem Artikel soll der Text also stehen, wie ihn denn auch die alten Bücher haben: Nimt ein schöppenbar Freymann eine Bauer gültin, Denn das Amt des Schöppenfreyen ist der Männer Amt und nicht der Weiber. Denn kein Weib schöppenfrey ist, welches auch aus der Glosse allhier zu vernehmen ist. Darum haben die Bücher vnrecht, welcher Text also lauter: Nimt ein Schöppenbarfrey Weib etc. Auch giebt diesen Verstand der nächst vorhergehende Artikel.*

aa] ad lib. I. art. 16. in fine.

bb] art. 111.

cc] in *const.* de a. 1158. apud GORJAST *constit.* tom. 111.

dd] uti ex iure *austriaco* §. 15. apud LVDEWIGIVM in *reliq. mystor.* tom. 1111. obseruat POTGIESSER l. c. §. 49. ipsa quoque verba dat, l. 5. c. 2. §. 11. in fin. p. 634.

ee] quam exhibet S. V. et *Perillustr.* DREYER ex l. VI. c. 5. in der *Samlung vermischter Abbandl.* 3. Theil, p. 1312.

ff] Variorum statutorum recensum dat Excell. RICCIUS in *spicileg. iur. germ.* ad ENGAVII *libellum* l. I. tit. 3. §. 29. n. 3. pag. 71.

gg] argumentum duci potest ex l. I. *legum longobard.* tit. 32, c. 4. quod est c. 12. lib. VI. *legum LVITFRANDI* apud

sis confirmavit, quibus statutum erat, vt filii omnes seruatorum ecclesiae, tum clericorum, tum laicorum, seruatorum numero haberentur, *quamuis libera aut ingenua mater edidisset bb*], et quum *Venedorum* idem ius olim fuisse *ЕРКОВИУ*s adserat, dubitandum non erit, quin sicuti in *Pomerania ii*], ita etiam in *Megapoli* nostra *kk*] liberi sequantur conditionem patris, quod et statutis *Curlandicis ll*] expresse constitutum est. Sed nec ad alteram quaestionem de dominio proles ex utroque quidem parente seruo, sed diuersorum dominorum procreato vno potest eodemque modo responderi. Praeter ea enim, quae a *CAROLO M. Imperatore* hac de re prolata sunt perquam obscure *mm*], triplex ius in hac quaestione constitutum reperimus. Primum est, quod diuisionem sancit inter dominos, alterum, quod matris, tertium, quod patris domino sobolem tribuit. Diuisionem au-

rem

pad *GEORGISCH pag. 1061*. Ibi enim statuitur, prolem adulterinam liberi hominis, ex vxore serui vel aldii sui hoc viuente procreatam, libertatem patris non habere, addita ratione haec, quia dubium sit, cuius sit proles libere hominis, qui seruiente illo, vxorem duxerit, an serui ipsius. Quare hoc si et liberi hominis ex ancilla partus fuisset seruilis conditionis. Quae vero glossator *Spec. Sax. ad lib. 1. tit. 16. in fine* de Longobardis scribit, valent vti ipse obseruat de posterioribus temporibus.

*hh*] id quod ex *THOMASSINO* de disciplina eccles. p. 2. lib. 1. c. 74. §. 1. notauit *FORGISSER l. c. l. c. I. §. 12. p. 12.*

*ii*] Vid. *Gener. et Perill.* de *BALTHASAR* in *disl. de origine statu ac conditione hominum propriorum in Pomerania* p. 2. cap. 4. §. 3. ibique allegatum *MEYIVM*.

*kk*] Vid. *Ill. IOAN. MATTH. MARTINI*, quem honoris causa nomino, *disserl. inaug. Bützovii a 1713.* habitam de conditione atque statu hominum propriorum in *Megalopoli* tum antiquo tum hodierno c. 3. §. 2. in f. et not. 2. ubi dedit quoque *MEYII* locum.

*ll*] integrum locum statuti *curlandici* dedit *Excell. RICCIUS* in *spici-leg.* loco, quem modo diximus, not. 2.

*mm*] Verba capituli VI. ad an. 803. quod continet capitula data ad rogationem cuiusdam comitis aut missi domini

nici



tem multis quidem populis, non tamen vna eademque ratione placuisse video. Ita aequis partibus prolem inter serui ancillaeque dominum diuidi iubet *lex Visigothorum* *nn*], a qua diuidendi ratione paullulum recessisse videtur *Alamannorum lex* *oo*]. *Bauari* vero filios patris domino, filias domino matris adsignarunt *pp*]. Plane autem inaequalis diuisio obtinuit ex edicto THEODORICI *qq*], in liberis

nici c. I. haec sunt apud GEORGISCH *p.* 675. *Continebatur namque in primo capitulo, vtrum vbi colonam seruus cuiuslibet uxorem acceperit, infantes illorum pertinere deberent, ad illam colonam, an ad illum. Considera enim si proprius seruus tuus alterius propriam ancillam sibi sociauerit, aut alterius seruus proprius tuam propriam ancillam ad uxorem acceperit, ad quem ex vobis eorum procreatio pertinere debeat, et taliter de istis fac; quia non est amplius, nisi liber et seruus.* Ingenue fateor, haec me plane non intelligere,

*nn*] *Lib X. tit. I. §. 17.* vbi legislator corrigit ius, quod antea obtinuit, vt ancillae dominus adquirat sobolem, hanc diuisionem naturali aequitati conuenire existimans, quia filius ab utroque parente gignitur atque creatur. SCHILTERVS postquam huius legis mentionem fecit *exerc. 16. §. 61. in fine*, haec addit; *et si alterutri addendus [scil. partus] serui dominus praefertur, ancillae domino dimidium pretium persolvens. Vid. d. 1. 2. c. 19.* Id ipsum

vero nec in cit. §. 17. nec in §. 19. [allegatum enim omnino vitio operarum corruptum est] quin potius contrarium in d. §. 17. continetur.

*oo*] quae quidem inter eas, quae hodie supersunt, non reperitur, cuius tamen mentio fit in charta, quam ex GOLDASTI *ant. alem. rom. 11.* exscriptam exhibet POTGIESSER *l. c. lib. 11. c. 2. §. 22. p. 370.* vbi quis, qui seruam Monasterii S. Galli duxerat, exque ea quatuor filios et vnam filiam procreauerat, ita cum monasterio ex lege Alamannorum diuidit, et duos eidem det filios, filiam vero redimat.

*pp*] vti ex AVENTINI *anual. boic. lib. 7.* refert POTTG. *ibid. §. 23.*

*qq*] c. 67. cuius verba haec sunt: *Si vero originarius alienus se originariae fortasse coniunxerit, duas filiorum partes originarii dominus, et tertiam sobolis originariae dominus consequatur.* Plane contraria haec est diuidendi ratio ei, quam sanxit IVSTINIANVS Imp. plus tribuens matri domino, in *Nov. 156. de prole parrienda in res rusticos*

LXIII

beris, qui ex parente utroque originario, sed diuersorum dominorum procreantur, ut scilicet numerus liberorum, qui domino patris cederent, duplo excederet illum, qui matris domino tribueretur. Multa huius generis diuisionum, et pactorum exempla, quibus domini sibi inuicem dederunt veniam seruorum familias matrimonio permiscendi, remissa plane hac partiendi prolem necessitate dedit, quem saepe laudauimus POTGIESSER<sup>rr</sup>. Contra uero matris domino prolem addixit idem THEODORICVS, si mater ancilla fuerit, eique se iunxerit vel ingenuus, vel seruus alienus, vel

origi-

sticos c. 1. cuius uerba ex translatione HÖMBERGII hæc sunt: *Nam si liberi quidam secundum rationes in constitutione comprehensas adscriptitiis iungantur, liberi matrem sequuntur, ubi ad libertatem non perueniunt. Si uero rustici sunt, non amplius constitutio locum habet, sed, quemadmodum nuper decreuimus, et sanciuimus, proles diuiditur. Etsi quidem numerus liberorum aequalis est, in duas partes diuiditur, si autem inaequalis uel etiam unus solum natus est, tum uenter plus habet, quoniam et plus laborauit. [En fere PFENDORFII rationem contra GROTIUM conf. supra notata sub lit. c. cui tamen ipse Imp. tantum non tribuit, quantum ille]. Si unus est filius, is matrem sequitur. Si tres nati sunt, duo uel duae erunt matris, unus uero domini patris sequetur dominium. Atque ita semper imparum numerum, sicut ante diximus, uenter habebit. Verba*

initialia una cum Nou. 162. c. 2. ad quam illa respiciunt, quippe quae tempore prior est, et cuius d. c. 2. et 3. hancce illustrent, monstrant forte uiam, quam sequuti sunt ex parte Germani in quaestionis primum a nobis propositae decisione. Sicuti quoque iis, qui deterioris conditionis partum esse uoluerunt, simile quod exemplum iuris romani in lege *Mensia* habuerunt, quae, ut VLPIANVS in fragm. tit. 5. §. 8. auctor nobis est, ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi iubet, ubi SCHULTING in iurisprud. ante-iusst. edit. Lips. p. 580. obseruat, idem obtinuisse in nato ex adscriptio et libera muliere, anto IUSTINIANVM, qui id mutauit l. ult. C. de agricol. censit. et colon. neque tamen id postea durasse CUIAC. lib. 1111. obseru. c. 28. ff] l. c. L. 2. c. 2. §. 22. 23. 24. ubi notat huiuscemodi pacta Alemannis dicta esse *der Raub*, sicuti ille diuidendi

mos

originarius alienus <sup>ss</sup>], aut si mater *originaria*, pater vero vel seruus alienus vel ingenuus <sup>tt</sup>], ut ideo illa diuisio tantum obtinuerit, si vterque parens originarius esset, vt antea diximus <sup>uu</sup>]. Neque plane absimili, alia tamen ratione circa aldios <sup>vv</sup>] in *Longobardorum* legibus distinctum esse legimus. A ROTHARE enim constitutum est <sup>ww</sup>]: *Si aldius cuiuscunque, aldiam aut libertam alienam uxorem tulerit, si filios ex ipso coitu habuerit, patrem sequantur, et sint aldi, cuius et pater est. Contra vero <sup>xx</sup>], si aldius ancillam suam aut alterius tulerit ad uxorem, filii, qui ex ipsa ancilla nascuntur, sint ferui eius, cuius et mater ancilla est. Alia ratione distinguunt LUITPRANDVS <sup>yy</sup>]: si aldius cuiuscunque aldiam alterius tulerit ad uxorem*

mos der Wechsel, et huc spectare videntur quae leguntur in *Spec. Sax. l. 3. art. 73. Doch bedurfte man keiner Wiederwechselung vnter den Dienstleuten von Anbegin.*

ss] c. 65. editi, cuius verba descripsimus supra in not. sub *lit. g.*

tt] c. 66. quod ibidem dedimus.

uu] Originarii autem qui fuerint, coloni scilicet glebae adscripti, adparet ex *l. vn. C. Theod. de inquilinis et colonis [v. 10.]* et eleganter explicauit more suo IAC. GODOFREDVS in *paratiel. ad h. t. tom. I. pag. 493. edit. Ritter. al. 451. seq. add. POTGIESSER l. c. l. I. c. 4. §. 84. p. m. 276. seq.*

vv] Qui fuerint aldi, perquam obscurum est. Eiusdem fere conditionis ac colonos eos fuisse censet, nec imme-

rito, vt viderur, POTGIESSER *l. c. lib. I. c. 4. §. 13. 14. 15.* Neque multum a vero me abesse puto, dum conicio aldios fere Longobardis fuisse, qui aliis populis et in ipsis romani iuris reliquiis vocantur *originarii*. Neque improbanda videtur WENDELINI huius denominationis, ab *alode* derivatio de qua POTG. *l. c.*

ww] *legibus Longobard. lib. II. tit. 12. c. 4.* apud GEORGISCH *p. 985. nr. 219.*

xx] c. 3. *eiusd. tit. ibid. nr. 220.*

yy] *lib. VI. c. 73. quod est legum Longob. lib. II. tit. 12. c. 7.* Quorum trium legum Longobardorum, si quam in mente habuit OCCETTI contra GROTIUM disputans [vide supra *not. lit. f.*] non video quid inde sibi prospexerit. Alia ratione quam quae in his locis notatur

uxorem et filios ex ea procreauerit, et mundium ex ea non fecerit, sint filii eius aldiones, cuius et mater fuerit. Nam si, postquam ex ea mundium fecerit, filii nati fuerint, sicut in anteriori edicto continetur, patrem sequantur, et talem legem cum patrono suo habeant, quam et pater eorum habuerit. Matris vero domino prolem tribuere leges austriacas, rauensbergenses et osnabrugenses, Potgiesserus obseruauit <sup>zz</sup>], qui idem quoque cum HERTIO <sup>aaa</sup>] notat contraria ratione, dominium prolis seruili, cuius parentes sunt diuerforum dominorum, ad dominum patris spectare ex *Venedorum* institutis <sup>bbb</sup>]. Quid mirum ergo in MEGAPOLI nostra idem constitutum esse de prole ex coniugio seruili diuerforum dominorum <sup>ccc</sup>], quod et in

Pome-

tur *aldia* ab ancilla distinguitur in *leg Longob. lib. II. tit. 12. c. 9.* quod est in *lib. VI. leg. LVITPRANDI c. 86.* apud GEORG. p. 1105. ex quo etiam apparet, solitos esse olim dominos de his rebus inter se pacisci.

<sup>zz</sup>] *l. c. lib. 5. c. 2. §. II.*

<sup>aaa</sup>] de homin. propr. *f. 3. §. 4. vol. II. opusc. tom. II. p. m. 169.*

<sup>bbb</sup>] auctore ERKONE, qui id refert *lib. III. art. 73.*

<sup>ccc</sup>] Vid. *Sereniff. Duc. ADOLPHI FRIDERICI* nomine proprio et tutorio *Sereniff. Ducis GUSTAVI ADOLPHI* constitutionem *wegen der Schaefer, Tagelöhner, Gesinde, und Dienstbotzen, auch der entwichnen Bauern und Vuterthanen d. d. Güstrow d. 17. Jul. 1643.* in fine et quae utriusque Principis nomine pari ratione in fronte ornata sub

titulo: *Renouirte Gesinde, Tagelöhner, Bauer, und Schaeferordnung, Suerini die Michaelis 1646.* publica est *tit. II. §. 4.* item *Sereniff. Duc. GUSTAVI ADOLPHI Renouirte Gesinde, Tagelöhner, Bauer, Schaefer, Tax- und Viethalienordnung Güstrowi d. 14. Novbr; 1654.* publica *tit. II. §. 4.* et quae totidem verbis sub nomine *Seren. Duc. ADOLPHI FRIDERICI* sub eodem die *Suerini* publica est, eodem loco. Aliud in spuris obtinet, qui matrem sequuntur, nisi nuptiae subsequantur eisdem locis §. 6. Quod si vero femina ex stupro peperit, partus ita vindicatur domino cui tum temporis subiecta erat, ut si eum recineat etiamsi postea ancilla ab alio vindicetur, quod moribus receptum ait MEVIUS in libro *vom Zustande und Abfolgung der Bauerleute qu. 2. nr.*

Pomerania obtinet *ddd*], item in *Lusatia eee*]. Nollem tamen weib-  
bildung

25. ex quo id notarunt TORNOVIUS de feudis Mecklenb. p. 2. c. 5. §. 29. pag. 181. seq. qui latius hoc argumentum persequutus est, et MANTZEL in spec. 2. pandect. iuris mecklenb. ad l. I. tit. 5. §. 18. Adde MEY. p. 3. decis. 290. Illud generale de liberorum ex coniugio seruili natorum dominio obseruauit quoque POTGISSER l. c. l. 5. c. 2. §. II. pag. 833. Conf. quoque illustr. IO. MATTH. MARTINI diss. inaug. de conditione atque statu hominum propriorum in Megalopoli tum antiquo tum hodierno cap. 3. §. 2. Neque vero omittam, quod ab aliis obseruatum non inueni, ea, quae in ordinationibus illis rei rusticae d. l. §. 5. disposita sunt plenissime iis conuenire, quae in legibus Wisigothorum lib. 3. tit. 2. §. 5. fanciuntur. Vt facillior sit legentibus, qui haec talia non plane ridenda censent, vtriusque legis comparatio, dabo vtramque eam ad litteram. En ergo

I] Sauctionem Megapolicanam:

Würde aber niemand selbst befördern oder Anlaß dazu geben, daß einer seiner Vutertzbanen eines andern Vutertzbanen, ohn ihrer Obrigkeit, darunter sie gebört, Wissen und Willen freyete, und hernach mit Praetendierung dieser vnser Ordnung, Mann und

Weib, als wenn sie sich ohn sein Vorwissen zusammen befreyt hätten, abfordern, so soll derselbe, wann er zuvörderst dessen überwiesen, seines Vutertzbanen verlustig seyn, und forbaner Vutertzban der Obrigkeit, vuter welche die Frau geböret, samt der Frauen und erzeugeten Kindern verbleiben.

Iam vero ecce quoque

2] Wisigothorum legem:

Quicumque ancillam suam seruo alieno sine conscientia domini sui uxorem dederit, et hoc certis probationibus inueniatur, dominus serui ancillam ipsam cum filiis sibi omnimodis vindicabit. Similiter de illis ordinamus, qui seruo suo ancillam alienam coniunxerit, vt conditionis haec forma sequetur.

ddd] Vid. Pommerische Baur- und Schaefer-Ordnung, de a. 1670. tit. II. §. 2. 3. tit. III. §. 6. Generos. et Perillustr. DE BALTHASAR in diss. de origine statu ac conditione hominum propriorum in Pomerania, part. 2da, c. 4. §. 3. MEY. p. 2. decis. 232.

eee] Vid. Exc. GEORG. STEPH. WIESAND diss. de ortu et progressu seruitutis secundum ius naturae et civile, aduersus aliquot ad ius Lusatorum obseruationibus, Lips. 1762. c. 3. §. 24. nr. IIII. pag. 64. qui ipse quoque ibid. nr. II. p. 63. obseruat sub-

*bildum magdeburgicum* in subsidium vocare, vt inde probarem, idem olim generaliter obtinuisse *fff*]. Sed hic subsistendum erit.

## §. XV.

*Transitus ad quaestionis propositae de feodi fructibus expositionem.*

Quum exposuimus hucusque, vt erat propositum §. IIII, quae viam nobis sternerent ad explicandam quaestionem in fronte libelli propositam, accidit nobis, quod et aliis saepe euenisse vidimus, vt quae breuiter tradi posse putabamus, paulo prolixius et vberius disputarem, quam ab initio in animum induxeram. Certe nos iis, quae hucusque disseruimus, diutius immorati sumus, quam quidem, dum initium scribendi faciebamus, institutum nobis erat. Sed sicuti non multum reprehendendus erit, qui, quum ex horrido plane incultoque agro et deserto exiens, breuissima via ambulaturus per hortum iucundissimis viridariis instructum, ornatum praestantissimis imaginibus, floribus pulcerrimis distinctum, et artis splendore et naturae pulcritudine captus ad spectuque tantae varietatis seductus paulo tardiori gradu inceserit, hic illic paululum immoratus, mox oculorum, mox narium cupiditatem suauissimo ad spectu gratissi-

*ditos Lusatae superioris esse venedicae originis. Conf. Generaf. et Illustr. DE SELCHOW elem. iuris germ. bod. §. 376.*

*fff] Quod praeter HERTIVM et ROTGIESERIVM miror quoque fecisse BOEHMERVM in iure ecclesiastico protestantium tom. IIII, lib. IIII. tit. 9. §. II. Est enim ibi quaestio tantum*

*de conditione liberorum, quorum alteruter parentum seruilis conditionis est, minime vero quaeritur, cui competat dominium liberorum ex seruili matrimonio duorum dominorum procreatorum. Quod non obseruauit vir summus, qui tamen ibidem contra ZIEGLERVM disputans hasce duas quaestiones probe sciunxit.*

gratissimoque odore expleturus, oblectationis causa paullulum in  
 deuia loca deflectitur, ita et facile puto, me hanc quoque veniam  
 ab aequo lectore impetraturum, qui nihil tale opinatus nedum me-  
 ditatus antea, diutius paulo inhaesi perscrutationibus illis, desum-  
 ptis ex his artibus, quae quod TULLIVS <sup>a]</sup> de ARCHIA suodixit, sup-  
 peditant nobis, ubi et animus e forensi strepitu reficiatur, et aures  
 conuicio defessae conquiescant, quarumque doctrina, nisi animos  
 nostros excoleremus nec suppetere nobis posse existimamus, quod  
 quotidie aut diceremus, aut scriberemus in tanta rerum varietate.  
 Quodsi vero non hic tantus fructus ostenderetur, et si ex his studiis  
 delectatio sola peteretur, tamen, ut opinatur summus orator <sup>b]</sup> hanc  
 animi aduersionem optimus quisque humanissimam iudicaret ac li-  
 beralissimam. Sed ne vel in ipsa venia petenda molesti simus le-  
 ctori, qui aut non peritam facile dabit, aut denegabit maioribus  
 quoque precibus efflagitatum, agamus iam id, cuius causa potissi-  
 mum animum ad scribendum adplicauimus. Id ipsum vero fieri  
 rectius non posse putamus, quam ut proposita primum loco ex li-  
 bris Teodorum, qui de iure fructuum eius anni, quo quosessor fundi  
 beneficiarii moritur, praecipit, quaeramus, quae ad recte intelli-  
 gendum eum pertinere videntur, in primis, ut id decidatur, de quo  
 maxime disputamus, hisque ea subiungamus quae suppetunt nobis  
 ex moribus patriae ad hunc locum pertinentia.

## §. XVI.

*Exhibentur verba iuris Longobardici.*

Agedum proferamus ipsa verba, quae in iure Longobardico  
 diiudicando normam nobis dare debent, et regulam ad quam, quae de

<sup>a]</sup> locum, quia mos est, licet nemini  
 facile ignotum, nominamus. Est ille in

*Orat. pro Archia poeta c. 6. f. 12.*

<sup>b]</sup> loco, quem diximus, c. 7. f. 16.

de fructibus fundi feodalis eius anni, quo vassallus diem obiit, quae-runtur, omnia exigi debent, locum, tantum non omnium eorum, quae celebratissime hoc nomine consules quondam mediolanenses GERARDVS NIGER et OBERTVS AB ORTO non quidem ipsi, sed ex eorum potissimum schedis aliisque chartis ignotus compilator a] de Longobardorum moribus circa feoda compilauit, SENCKENBERGIO b] at quanto! iudice, explicatu difficillimum, et LVDEWIGIO c], non minoris sane momenti in his rebus arbitro, tot irretitum difficultatibus, ut eluctari nequeas, si duci velis interpretibus. En ergo ipsa verba: d]

*His consequenter dicitur. \*] quodsi vassallus decedat sine herede masculo, et continget feodum ad dominum reuerti, sic distinguitur, quod*

*si*

a] Quod olim non omnibus animaduertum plenius probauit *Perillustris* GEORG. LVDOV. BOEHMERVS simulque de HYGOLINO, qui hos libros corpori iuris romani adiecit, plane noua docuit, vel hoc nomine, vel multis aliis, immortaliter de feodorum iure, quid? quod de omni iurisprudencia meritis, in elegantissima omnique doctrina referta *commentatione de aetate vetustae collectionis consuetudinum feudalium, quam vulgo libros feodorum vocant, quae prodit Gœtt. 1744.* postea in IENICHENII *thesauro iuris feud. tom. I. pag. 197—218.* et in summi viri Praceptoris ad cineres venerandi *obséruationibus iuris feud. p. 1—67.* auctior recusa §. 2. 3. 7. 8. IO. Add. laudatissimi IO. AVG. BACHII *histor. iurispr. Rom. lib. 4. c. 1. sect. 2. §. 25. Gene-*

*ros. et Illustr. IOA. HENR. CHRIST. DE SELCHOW elem. hist. iuris vniuers. Germ. obrinent. P. 5. cap. 2. f. 2. §. 393. 395. et in der Geschichte der in Teutschland geltenden fremden und einheimischen Rechte §. 359. 361. S. V. et illustr. HOMMEL Akademische Reden ueber Mascovs Buch de iure feud. ad c. 1. §. 16. pag. 61. seq.*

b] in *Program. de diuisione fructuum feudalium anni emortualis inter successores feudales et allodiales Gœtt. 1737.* edita postea non nihil retexta in *mediationum ius publicum priuarum et historiam concernentium fasc. II. primo loco pag. 231—268.* recusa §. 1. *extr.*

c] in supra nominata *diff. de fruct. attrib. diff. 1. lit. rr in opusc. miscell. tom. II. p. 1235.*

d] *vid. II. F. 28. c. bis consequentes*



fi ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertinebunt. Si vero post Kalendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant. Si vero post Augustum, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quocumque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere.

\*] Satis adparet, haec verba initialia et antecedentia quaedam supponere, quae deficiunt nec cum sequentibus probe cohaerere. Incidunt autem nobis, integro hoc libello iam absoluto, et quum in eo essemus, ut operariis illum typis excudendum daremus, forte fortuna in manus ANTONII MINCVCCII DE PRATO VETERI de feodis libri VI, quos SCHILTERVS edi curauit in codice iuris alemannici feodalis. Ibi vero lib. III. tit. XIII. qui inscriptus est: *Quid iuris habet in feudo vasallo* vltimo loco pag. 58. inuenio hocce caput, hunc in modum expressum:

Si Vasallus decedat sine herede masculo, et contingat, feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur: quod si ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertinent. Sed si Vasallus obierit post Kalendas Martii, usque ad Kalendas Augusti, [in] antea usque ad illud tempus fructus, qui inde percipiuntur, ad heredes Vasalli pertineant. Si a Kalendis Augusti in antea, similiter omnes alios fructus: si ante Kalendas Augusti et Martii, nullos fructus habebunt; vel nisi ante Augustum partim exinde proueniens non habebunt. His consequenter dicitur, quod si Vasallum decedere contingat, et feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur: quod si post Kalendas Martii usque ad Augustum, fructus, qui inde percipiuntur, ad heredes Vasalli pertineant: sed si post Augustum, omnes eius anni fructus percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quocumque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere, quod mihi non placet.

Habes iam antecedentia, ad quae verba illa initialia: *His consequenter dicitur* referas, licet proxime sequentibus non melius cohaereant. Ne scio

scio vero utrum quaedam sit MINVCCIO fides hac in re tribuenda , an forte ipse textum ex ingenio mutauerit. Si prius mihi huius libelli copia fuisset , sane ulterius de hac re cogitasset , hocque loco , vltus essem in libello meo. Iam quum omnia confecta iam sint , tempusque me vigeat , iis immorari nequeo. Sed dabo forte olim aliquando Iam iungo textum huncce , prouti illum alter saeculi XV. reformator librorum feodaliū BARTHOLVS BARATERIVS in libello feudorum reformato , quem SCHILTERVS ibidem recudi curauit , tit. XIII. qui de successione feudū inscriptus est c. 50. paucis verbis mutatis et omiſſis plane initialibus expressit.

*Si Vasallus decedat , et contigerit feudum ad dominum reuerri , sic distinguitur , ut si ante Martium , omnes fructus eius anni ex feudo provenientes ad dominum pertineant. Si vero post Kalendas Martii usque ad Augustum , tunc fructus qui inde percipiuntur ad heredes Vasalli pertineant. Si vero post Augustum , omnes fructus anni dominus percipiet. Quidam tamen dicunt , quocumque tempore anni decedat , omnes pendentes ad dominum pertinere.*

Vid. SCHILT. l. c. pag. 209. Quae quum paucissimis tantum verbis exceptis plane coueniant cum textu vulgari , non iuuant illam MINVCCII lectionem. Et parum abest , quin suspicari , MINVCCIVM textum ita interpolasse , vt haberet , ad quae verba eius initialia apte referri possent. Quod , si quid iudico , parum ipsi feliciter successit. Sunt enim adeo contorta quae ab initio addidit , vt Oedipo fere opus sit ad perspiciendam mentem scriptoris. Quae vero in ipso textu mutauit pariter ac ea , quae in calce adiecit satis aperre manum aduſterum prodere videntur. Quidquid vero eius sit , hoc ex eo perspiciunt , aut diuinari aliqua ratione potest , quomodo iste iuris Longobardici TRIBONIANVS textum nostrum intellexerit. Quantum vero ego vel diuinando mentem eius consequi possum , magis is nobis adſentire quam aduersari videtur. Certe SENCKENBERGIVS illum in suas partes vocare non poterit. Sed haec distinctius ex iis , quae sequuntur , adparebunt.

## §. XVII.

*SENCKENBERGII interpretatio proponitur.*

Difficultatem in explicando hoc textu recte videtur LVDEWI-  
GIVS in interpretum turbam reicere. Sine iis enim ipse putat rem  
 claram et perspicuam satis esse. Quid ergo? An his variis et mul-  
 tiplicibus doctorum interpretationibus immoremur? Quid quaeso  
 ineptius, quam difficultatem studio quaerere, vbi plana omnia sunt  
 et certa. Sed recensendae tamen erunt variae doctorum virorum  
 opiniones, et ad classes reuocandae. Quare quaeso? Tuine caus-  
 sa, an nostra? Tui, vt oculis tuis possis digitisque numerare, quot  
 quantique sint ICri singulas sententias sequentes, ideoque vel ex  
 solo numero recte computato, vel ex quorundam nominum splen-  
 dore, auctoritate, celebritate, quam tu amplecti velis sententiam,  
 statuere. Nostrum causa, vt recensendo ingentem clarissimum  
 obscurorumque virorum nomina non leuem nobis pareamus amplif-  
 simae lectionis litterarumque cognitionis laudem. Sed scito, nec  
 nos, vt a nobismet ipsis incipiamus, esse huius gloriolae ita cupi-  
 dos, quam quisque scit intelligentior plane nullam esse, quum ex  
 imperitorum ore vilissimis is possit artibus, et solet ab iis compa-  
 rari, qui eam audisse aucupantur. Sed nec tu tibi satis ita consulere  
 poteris. Quid enim, si vel exquisitissima compilatoris diligentia  
 ex omnibus, qui ad manus sunt, libris nomina quotquot inuenire-  
 mus exscriberemus, vt pauca deessent, [omnia enim ne a summo  
 compilatore quidem expectabis] fieri omnino posset, vt his pau-  
 cis adiectis sententiae a te reiectae aut tot accederent interpretes,  
 qui defensores interpretationis a te electae numero vincerent, aut  
 tantae penes te certe auctoritatis, vt horum cognitio nominibus in-  
 eorum partes pedibus transire ne momento quidem dubitares. Quare  
 quod factum iam est ab aliis multo studio, multaque industria, id



ne velis a nobis denuo fieri, nullo plane usu *a*], Quum vero nemo eorum, quos de hoc argumento consulere nobis licuit, vel terigit tantum nouam plane interpretationem SENCKENBERGII, eam paucis exponere nostrum putamus. Est vero doctissimus ille et peritissimus iurium, inprimis patriorum, interpretes primum totus in eo, vt doceat, minus recte vasallo tribui dominium vtile, quam usufructus tantum, licet qualificatus, vel vtilitatis dominium ipsi tribuendum sit *b*]. Dein in ipso hoc textu non duas putat proferri opiniones, sed vnam tantum diuersis verbis variaque ratione. Vtramque enim, quod tertium est, eo redire censet decisionem, vt doceat auctor incertus horum de feodo librorum, in hac de fructibus quaestione idem esse vasallo ius, quod ius romanum, quo sapientius iuris feudalis prudentes vsi sunt, tribuit usufructuario, vt scilicet fructus percepti eius heredibus iure allodii cedant, pendentes vero, tanquam pars fundi, iure feodi habeantur. Quod vt firmet, his vitur argumentis. Primum sapienter hac ratione tria in textu nostro distincta esse tempora. Ante Martium enim de fructuum perceptione, quippe cuius eousque obiectum non sit, quaeri non posse, ideoque eos, ceu pendentes, iure feodi censendos esse. Postea vsque ad finem Augusti omnes fere fructus quaeri in Italia, vt nil praeter vinum et pauca alia reliqui sit, quare, si tum decedat, heredum esse, quidquid perceperit vasallus. Sin vero post Augustum, videlicet statim, decedat, vt vindemias non cogar, vas non legar, ex his fructibus nihil heredibus allodii debere praeter impen-

sarum

*a*] Amplissimam collectionem variarum doctorum opinionum dedit SENCKENBERG in loco quem mox laudauimus 5. 7. et 8. vbi in classes eas bene dispositas redegit. Idem fecit Cl. IHRINGK in diss. de modo computandi fructus in separatione feudi ab allodio

cap. I. §. 13. 14. et DE LYDEWIG in cit. diss. de fructuum attribut. sect. ult. different. I. litt. 55. l. c. pag. 1235 — 38. Pauciores nominat COCCII de iure sem. sect. 6. §. 2. c. 1. p. 1267.

*b*] §. 2—5. eruditae commentationis, quam laudauimus.

farum fructus percipiendorum gratia factarum restitutionem. Contra vero si de toto anno cogitasset auctor, satis insulse, dicendum foret, eum distinxisse tria tempora, quum duo suffecissent, aut plane vnicum, Kalendarum nimirum Martii, quibus pensiones inferri consueverunt. Dein probari dicit hanc interpretationem ex aliis librorum feodaliū locis, duobus scilicet, quorum alter *c*], referens se ad hunc textum, fructus exstantes, qui ibi percepti intelligi debebunt, non alios creditoribus vasalli tribuit, alter *d*] dominum fructus exstantes a vasalli heredibus vindicare posse negat *e*]. Tum [pergo enim quarto loco recensere doctissimi viri sententiam, vt integra ea adpareat] haec de fructibus mere naturalibus et industrialibus singulis annis recurrentibus intelligi iubet. In fructibus autem huius generis singulis trienniis forte aut quinquenniis veluti ex piscinis, aut silua caedua percipiendis ob miras doctorum dissensiones a moribus regionum et aequitate decisionem peti vult. Fructus autem ciuiles inter successorem feodalem et allodiales, siue pro re nata ipsum vasallum, diuidendos, aut alteri eorum relinquendos censet, idque denuo ex ratione perceptionis fructuum, pro quibus ab alio fructus ciuiles praestantur, nulla habita differentiae ratione, vtrum venerit dies solutionis, nec ne *f*]. Denique in hoc argumento aequiora iuris germanici placita, quae breuiter exponit, ob naturam iuris domestici, quod vincit ius receptum, et ob specialem, quam dicit vtiliter fere obtinentem, praxin hodie in foris nostris praeferrere vult Longobardorum legibus. *g*] Haec est doctif.

*c*] II. F. 45.

*d*] II. F. 86 quod caput, licet extraordinarium sit, illustrationi tamen inseruire recte omnino adferit.

*e*] hic tenor est §. 6. illius commentationis.

*f*] tradita haec sunt in §. 7.

*g*] quae quidem, interiecta §. 8. et 9. vt supra diximus curatori recensione variarum ICtorum in his quaestionibus dissensionum, §. 10. expoluit, mira breuitate et facilitate omnia tradens.

K

doctissimi viri sententia paucis quidem, quantum fieri potuerit verbis exhibita et quasi in tabula depicta, integra tamen et plena omnibusque, quibus ad suffulciendam eam vsus est, argumentis, superstructa. Ea autem interpretatione ad eam quoque, quam nos imprimis tractamus, quaestionem, responsum esse satis vel ne nobis quidem monentibus adparet. Quam quidem modeste eaque, quam quisque, SENCKENBERGII merita non ignorans, tanti viri manibus debet, reuerentia, solius veri amore, studioque ducti, [qua excusatione tutos nos putamus aduersus eorum inuidiam, qui arrogantiae id nobis imputare velint,] examinaturi, per partes eamus.

## §. XVIII,

*Vasalli ius an mero usufructu constet?*

Primum ergo, an redire iubeamus, quod in exilium misit Vir celeberrimus, mirabile medii aevi inuentum <sup>a]</sup>, dominium illud vile atque directum, quod risisse iam antea magnum CVIACIVM, CONTIVM, VVLTEIVM, HARPRECHTVM, BOCERVUM, WISENBACHIVM, HVBERVM, DVARENVM, CORASIVM, perhibet <sup>b]</sup>, et quod denuo ICTris extorxisse *S. V. et illustrem HOMME-*

LI-

a] Nescio an curatius eius natales quis inuenerit, HOMMELIO, summo viro qui illud tribuit temporibus Cardinalis HOSTIENSIS qui medio saeculo XIII. floruit, in *den akademischen Reden* etc. ad c. XI, §. I. pag. 366. Sed et LEWIGIVM in *inriibus feodorum romani imperii atque germaniae principis et prouincialium nobilium laudisfororum* [Halae 1740. 8.] c. IIII. quaeff. 4. §. 2. not. 326. pag. 199. eundem lo-

cum HOSTIENSIS adduxisse video. Idem quoque *ibidem* not. 333, ad §. 6. pag. 203. seq. *litigiosam causam*, ait: quo tempore, quoue iure in feudis coeperit distingui inter dominium directum et vile ventiliuimus in iure clientelari Sect. 2. cap. 2. §. 3. 4. Sed ad manus nobis iste liber non est.

b] Nominat hos eorumque libros §. 4. in *fine d. l. meditat.* pag. 243.

LIVM<sup>e</sup>], dignus qui tantis nominibus adiungatur dicam, an anteponatur, ait *generosissimus atque illustris* DE SELCHOW<sup>d</sup>], qui inter illos viros non vltimum iure suo sibi vindicabit locum? Quis hoc audebit rogare eruditos, vbi tanti viri dissuadent. At suaderent forte alii. Neque forsitan adeo certum est, quis plura feret puncta. Sed nec rogatione, nec suasionibus, dissuasionibus, nec iussu aliquo, nec auctoritate cuiusdam opus erit. Sane, si ingenue profiteri licet, quid sentiam, [et quid quaeso ingenuo liberalique homine vel in ipso errore dignius? quare ergo non dicam?] de verbis, non de re dimicatur. Id certe HOMMELIVS ipse aperte faretur<sup>e</sup>], licet SENCKENBERGIUS non adeo facile largiri videatur<sup>f</sup>]. Vterque concedit, non esse ius vasalli ex usufructu romano, sed germanico merendum, quem *usufructum qualificatum*, quid? quod *dominium adeo bonitarium cum RAEVARDO g*] et *utilitatis dominium cum KENNEMANNO h*] aut *dominium usufructus* adpellare non dubitat<sup>i</sup>]. Ego vero ita sentio. Nomina domini directi et utilis sunt, [quis negabit?] plane barbara, incongrua, inconcinna, ex eo fortinata, quod illi rei vindicationem directam, huic vero vtilem adiunctam videret,

c] loco, quem diximus, pag. 357. seq.

d] in *elem. iuris germ. priu. bod.* § 599. u. i. p. m. 618. edit. 2.

e] Is enim pag. 365. quum verborum perinde ac numerorum externus magis quam internus valor inspicere soleat, nec facile quod communi vltu receptum est paucorum exemplis mutetur, se ipsum huius vocabuli vlturum esse indicit.

f] *Facilis*, is inquit §. 5. in fin. *formam in nomine, licet improprio, domini vtilis, nisi illud plane spurios conceptus*

*attulisset, et hoc ipso effecisset, ut verae rationes multorum iuris feudalis placitorum non nisi a paucis capiantur, quibus iunge §. IO. in fine.*

g] quem nominat in tom. I. *varior. lib. 1. c. 5.* [addo p. m. 493. edit. *Frf. de a. 1601. 8.*]

h] cuius laudat *iurisprud. rom. germ. membr. II. disp. 8.* qui liber nobis ad manus non est.

i] *dissert. haec §. 5. p. 245.*

videret parum elegans glossatorum turba, non minus inepte, ac si curatorem minoris, cui et contra quem datur iure romano vtile tutelae iudicium, tutorem vtilem, et ipsam curam vtilem tutelam dicere voluisset. Do etiam hoc, de proprietatis diuisione, qua haec distinctio nititur, neque in Romanorum legibus, neque in libris feodorum, nec denique in Germanorum placitis quidquam distincte occurrere, in ipsisque libris feodorum domini nomen constanter occurrere, sine quadam adiectione <sup>k</sup>], vasallique ius ad vsumfructum referri <sup>l</sup>]. Neque laudo hoc, quod ICi haec vestigia reliquerint. Quum vero interea, distinguere vsumfructum iuris romani, quem omnes tum temporis in mente habebant, quum devsumfructu quis loqueretur, ab hoc iure, quod vasallo competit, quippe ab illo diuersum, quumque propius hoc a dominio abesse ipsis his libris dicebatur <sup>m</sup>], non reprehendendos puto veteres, qui singulare nomen huic iuri in scholis imponendum censebant, in eo autem quod dominium dicerent, formamque, seu speciem si mauis, domini minus pleni constituerent, ignoscendum iis existimo, quum ius vindicandi, quod tribui legebant vasallo <sup>n</sup>], particulam proprietatis esse ex iure romano didicerant <sup>o</sup>], quum ius fundum im-

mutan-

<sup>k</sup>] legas et mirere, qui genium faeculi noscis, moremque, quo viri docti minorum maiorumue gentium discipulare inter se solent, quam suavi modestia M A S C O V I I errorem, vocem domini directi in ipso feodorum iure II. F. 34. c. I. occurrere adferentis, B O M M E L I V S, vir amabilis, notauerit *l. c. pag. 365.*

<sup>l</sup>] Quod aperte factum est II. F. 23. in fine et proprietatis ipsi denegatur II. F. 8. c. rei autem §. 2. quia proprietatis

ita se iungitur a feodi iure, vt allodium denotet II. F. 29.

<sup>m</sup>] II. F. 8. c. rei autem pr.

<sup>n</sup>] capite, quod diximus verbis: *vt tanquam dominus possit a quolibet possidente sibi quasi vindicare.*

<sup>o</sup>] *l. 25. pr. D. de obligat. et act. iuncta l. 23. pr. D. de rei vind. Quare rei vindicationem eleganter domini iurem vocat PAVLVS in l. 18. pr. D. de usuris.*



mutandi p], immo liberius olim r] postea restrictius r] ius alienandi vassallis competere sciebant s] quid? quod quum ipsa ita feodum successione aliquam vassallo concedi potestatem compertum habebant r], quae omnia tanto magis ab vsusfructus romani natura recedere intelligebant, quanto propius ad dominii ius adcederent, inconcinnitati nominis autem, barbariem istorum temporum excusationem praebere persuasum mihi habeo, neque denique, quum recepta in scholis sint haec artis vocabula, incomta omnino, sed non vnica huius generis neque in nostra, neque in aliis artibus, nec facile euellenda, haec sola tantum profligenda autumo, quamuis, vt HEINECCIUS] vestigia premam, per me liceat elegantiae studio-  
sioribus

p] II. F. 8. c. rei §. 2.

q] I. F. 13. II. F. 9. II. F. 44.

r] II. F. 52. 55. pr.

s] curatissime vt solet de iure alienandi vassalli exposuit *perill. BOEHMERS* in aureolo libello, quem *principia iuris feud.* inscripuit l. I. S. 2. c. 5. per tot, p. 173. seq. edit. secundae, de quo quod *Excell. DVETTANNVS* in elegantissima coniecturarum decade lectionibus aestiuis a. 1763. prolutionis instar praemissae dum ipsas lectiones indicit pag. 12. de altero eiusdem viri summi elementari iuris canonici libello e vero dixit, praefulgere illum inter reliquos eius generis veluti lunam inter stellas minores idem eodem iure quilibet harum rerum non plane imperitus ex auctori sententia iudicabit.

t] testante *BOEHMER* l. c. §. 296. vel pacto §. 298. ad quem posteriorem locum addere licebit, elegantissimum

*Illustri RVDLOFFIO* auctore dignissimum multa doctrinae elegantiaeque laude refertum libellum, qui nuper admodum de pactis successoriis illustrium et nobilium Germaniae, spectatim iis, quae pacta confraternitatis adpellantur prodiit, imprimis cap. 2. §. 39. seq.

u] in *elementis iuris civil. secund. ord. institut.* §. 338. vbi et aliam iungit, quasi dominii adpellationem, quae et ipsa perquam mihi placeret, nisi iam ad designandum dominium rerum incorporalium occupata esset a Ictis, licet fatear ipsos Romanos interdum quaesisse, an non fructuario, quasi domino danda sit actio alias domino competens. Vid. l. 22. pr. D. de aqua et

aguae

sioribus *iur* illud *dominio proximum*, [qua denominatione aptiorem non inuenio] appellare. Alia ratione dominium utile in iure feudali *germanico* defendere satagit DE LVDEWIG<sup>w</sup>], quippe Longobardis vasallum non commode dominum dici potuisse, rectius vero Germanis, ob naturam feodorum oblatorum, cuius generis fere omnia feoda Germaniae esse censet. Neque vero adeo monstruosum puto hunc esse ex incestuosa commixtione iuris romani eheu! et germanici enatum partum, quem dicit ingeniose HOMMELIVS, vt pluribus vnus rei dominium in solidum tribuat, quod nescio, annon cum CVIACIO et aliis vir summus imputer veteribus horum vocabulorum inuentoribus<sup>w</sup>]. Paulo vberius vero declarabo, quid sentiam de illa domini diuisione et quomodo illam secundum mentem veterum ICtorum intelligendam esse existimem. Si pluribus vnus rei dominium tribui debet, ita philosophati videntur veteres, quum fieri non possit, vt eiusdem rei in solidum sint domini, i. e. vt singulis totum dominium in rem totam competat, diuisio erit instituenta. Diuidi autem vel dominium potest, vel ipsa res, in quam competit. Rei autem diuisio eatenus sistit condominiumi seu communione notionem, quatenus partes illae vnum aliquod totum constituent, quod pluribus competit. Quare si rei diuisio tantum fit mente et intellectu, vt partes rei animo tantum concipiantur, communio inde efficitur *pro indiuiso*, quia res ipsa actu diuisa non est. Si vero et haec ita diuisa sit, vt partes rei praeter cogitationem adsint, singulae singulis adscriptae, communio inde oritur, quam *pro diuiso* dicunt:

<sup>a</sup>quae plu. arc. Possessionis autem vocabulum dubito, quin aequae commode substitui queat, ne quidem auctoritate l. 115. D. de V. S. quod video ill. HOMMELIVM probasse in *obleg. iur. feud. obs.* VIII. p. 67.

v] in iuribus feudorum romani imperii atque germaniae principis et provincialium nobilium landsthorum c. 4. qu. 4. p. 197. seq.

w] l. c. pag. 358.

dicunt. Haec ergo est duplex diuifio rei, indeque natum duplex communio- nis genus, quod vtrumque fingulis totum dominium, non vero in totam rem, fed in partem rei tantum, tribuit. Contra vero fi dominium ipfum diuidi debet inter plures, vt fingulis id in totam quidem rem, non vero integrum competat, intelligitur hanc diuifionem effe debere iurium, quae in dominio quafi partes eiusdem continentur, veluti proprietatis, et iuris re vtendi. Haec autem diuifio iurium, fi ita fufcipitur, ut alteri integra et plena proprietas tribuatur, [nam et ipfa diuidi et refolui quafi in varia iura potefl, veluti fi cogites: ius rem immutandi, fubftantiam eius deftruendi, illam alienandi, vindicandi,] alteri ius vtendi, fine omni proprietatis particula in hoc posteriori expirat domini denominatio, iusque illud in rem alienam, feu ut hodie loquuntur, in re aliena, dicitur. Prioris vero dominium, quatenus integra adefl proprietatis, quae fola etiam domini nomine infigniri folet, dicitur *plenum*, licet fi respicias ad ius praeter proprietatem domino competens, *plenum* dici non poffit, quare et eum *proprietatis dominium* ipfae leges romanae adpellant. Quod fi vero diuifio domini ita fit, vt ipfa proprietatis inter plures diuidatur, tum demum inde oritur dominium, quod *minus plenum* refpectu proprietatis fcilicet vocant. Huius autem formae funt duae, alterum *directum*, alterum *utile* dominium, quorum illud continet maiorem proprietatis partem, fed folam eam, hoc partem minorem, fed adiunctum habet ius vtendi fruendi \*], ita quidem, vt hoc fit ab illo dependens. Hoc ipfum

vero  
 x] Dum fingulis dominis minus plenis proprietatis partem, directo maiorem, minorem vtili tribuo, quaeri potefl, quaeenam fit illa maior, vel haec minor pars? Ius alienandi, an vindicandi. quas partes feci proprietatis, rem immutandi an deftruendi maius velim potentiusque effe? Refpondeo: poffet quidem et horum, quae enumerauimus iurium alterum altero dici ma-

L

vero ita formatum effectumque dominium utile, quum fere coincidat cum usufructu Germanorum, hunc vero, non romanum tantum SENCKENBERGIVS clarissimus voluerit vasallo tribuere, non video, quidnam ex hac re argumenti capi possit, ut demonstretur, ius vasalli in fructus feodi esse ex legibus *Romanorum* de usufructu metiendum. At ipse *Obertus* profiteretur esse iuris romani in feodorum iuribus usum. Fateatur scio, nec et ipse negare ausim. Sed quomodo fateatur videamus? Adferit quidem *Y]*, causarum feudali-um alias dirimi iure romano, alias legibus Longobardorum, alias secundum regni mediolanensis consuetudinem. En similem hodiernae in causis civilibus priuatorum romani, canonici et germanici iuris commixtionem, vel si mauis, confusionem. Sed addit quoque haec: *Legum autem romanarum non est vilis auctoritas. sed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant aut mores.* Strenuum quoque, quem dicit iurisperitum, non aliter vult, *citra calumniam* lege scripta uti, quam si species emerferit, quae consuetudine feodi non sit comprehensa. Quibus et hoc iungendum est, quod addit *OBERTVS*,

cuius  
ius minus, sed nolle me ita diuidi proprietatem inter dominum directum et utilem, ut alteri vnum eorum, alterum alteri tribuam. Minime gentium! Sed ius alienandi, ut hoc utar, domino directo potest coniunctim competere cum domino utili. Directo vero, si ita competere cogitas, ut is ius suum alienare possit absque domini utilitatis consensu, Vid. *BOEHMER elem. §. 210.* utili vero ita, ut non nisi consentiente domino, ille habebit maiorem, hic minorem partem. Sed cuius? — iuris alienandi, Sed hanc partem dixisti proprietatis, et proprietatem partem fecisti domini. Omnis! — Neque magis haec pugnare existimo, quam si urbem prouinciae partem dixeris, in urbe aedes quasi partes eius distinguens, aedium partes coenacula, coenaculorum parietes statuens. Sane, si quid video, hac ratione poterit non plane improbabiliter veterum distinctio explicari, licet veracis, ne nimis subtilis haec multis videatur iuris philosophia.

*Y] II. F. I. c. I:*

enius est illud fragmentum, se velle usum feodi, qui *in illis partibus* obtineat, quantum fieri possit, exponere. Quare non id agit, vt iura romana doceat ANSELMVM suum, sed id maxime, vt consuetudines suae ciuitatis tradat. Scio in ipsis his libris non raro ad ius romanum diserte distincteque prouocari, <sup>z]</sup> sed ibidem quoque solet legum longobardicarum simul mentio fieri. Multa omnino sunt e iuris romani vberimo fonte in ius quoque clientelare manata. Sed an ipsa quoque finitio iurium domini et vasalli? Qui hoc adserit, quomodo quaeso is Germanis vindicare feodorum originem, aut negare poterit, translata ea esse ex Latio in Germaniam, quod ipsum tamen, qui vel somniando cogitet hodie inuenies, credo, neminem. Neque hoc praetereundum esse puto, multa esse in feodorum iuribus constituta, quae conueniunt et amice conspirant cum legibus Romanorum, quae tamen ideo exinde hauستا, orta, effectaque esse dici nullo modo possunt <sup>aa]</sup>. Vellem hoc cogitarent multi, qui, vbi conuenientiam iurium inueniunt, veluti iuris romani et germanici, hoc statim ex illo deducere non dubitant.

## §. XVIII.

<sup>z]</sup> Vid. II. F. 58. Adde II. F. 8. c. rei §. 2. vbi hyperboli fit mentio, de quo exstat pererudita commentatio *Celeberrimi SAMMET*, quam recusam inuenies in elegantissimis doctissimi viri *opisculis varii argum. Lipf. 1763.* iunctim editis pag. 2 — 32.

<sup>aa]</sup> Ita S. V. et *Illustr. НОММЕНТИУS in oblectament. iur. feod. obs 17.* eleganter notat conuenientiam successionis ex legibus decemviralibus Ro-

manorum et ex iure feudali. Non tamen feudalem ex romanis legibus, quin romanas ex germanicis deriuare studet. Sed an non in eo differentia utriusque successionis erit agnoscenda, quod adscendentium nulla sit in feoda successio II F. 50. quum tamen pater velut proximus agnatus omnino succederet iure romano? Fratres quoque in feodo nouo, ne deficientibus quidem filiis admittuntur, quod itidem ex iuris romani praeceptis fieri debuisset.

## §. XVIII.

*Caput nostrum iuris feudalis unam tantum, an duas  
contineat opiniones?*

Primus puto, nescio an vnicus, fuit SENCKENBERGIUS, qui, quae in capite, quod proposuimus distincte proferuntur, diuersisque doctoribus tribuuntur, verbis tantum et enunciandi ratione, non ipsa re differre existimaret. Vereor vero, an bene. Nam repugnat hoc genio auctoris huius libri, et significationi illi, quam videmus illam verbo *dicere* tribuere. Sicuti enim sexcenties occurrit *dicere* pro asserere *a]*, ita pro constituere adhibetur *b]*, frequentissime autem pro statuere, sentire *c]*, quo ipso sensu inprimis vtitur auctor, dum varias variorum recenset opiniones. Quamuis enim et hae loquutiones occurrant: alii aliter *sentiunt d]*, *secundum alios e]*, secundum quosdam *f]*, *quibusdam placet g]*, quidam *putant h]*, tamen, sicuti ex his ipsis exemplis adparet voces *quidam* et *alii* maxime familiares esse eidem in hoc genere locutionis, quo plurimum sunt sententiae exprimendae, ita his maxime iuncto verbo *dicere* vtitur in exponendis dissensionibus, veluti alii dicunt *i]*, quidam dicunt *k]*, et vtraque voce iuncta: *quidam alii dicunt kk]*, infertis quoque

a] Ita, vt pauca nominemus loca, occurrit l. F. 23. l. F. 26. pr. 11. F. 2. pr. 11. F. 14. 11. F. 15. 11. F. 20. 11. F. 22. et saepius alibi.

b] l. F. 15. verb. nisi specialiter sit dictum.

c] *ibid.* bis: Sed secundum aequitatem dicamus, et, hoc dicimus de capitaneis. Adde 11. F. 36. 86. vbi *idem* bis, 11. F. 97. 98.

d] 11. F. 19.

e] 11. F. 34. c. 1. §. 2.

f] 11. F. 34. c. si fuerit. 11. F. 50. 11. F. 76. iunge 11. F. 51. c. quae-

strum, et c. similiter si quis.

g] 11. F. 34. c. 1. §. 2.

h] 11. F. 104. pr.

i] 11. F. 17. in f.

k] l. F. 15. 11. F. 47. 11. F. 98.

kk] 11. F. 28. c. si vasallus.

quoque et injectis vocalis quibus vis contrarietatis inest, [*particulas aduersatiuas* vocant] vbi: alii autem dicunt *l*], quidam autem dicunt *m*], item: alii vero dicunt, *n*] denique, vti hoc loco: quidam tamen dicunt *o*]. Quare mihi persuadere non possum, his verbis vel vno hoc loco nihil aliud indigitari, quam hoc, quidam haec breuius ita enunciant. Quasi de enunciatione hic et verbis, quaeretur, non de re. Nullum hic sollemne carmen, nulla verborum sollemnitas, sed quid iuris sit, quocumque modo id efferatur, quaeritur. Neque quod putat commodum esse huius interpretationis, quidquam esse inuenio. Cessat iam, inquit disputatio, vtra harum decisionum sit praefenda? Itane ergo licet dirimere lites? Sane vero, etiamsi tota verborum compages non apertissime indicaret, quamnam ex hisce duabus propositis sententiis potiore probandamque censeret auctor, tamen hoc vel ex eo perspiceretur, quod aliis locis *p*] ad hanc decisionem se referat eamque supponat.

Sed quaerere quis poterat, quare adeo multi sumus in refellenda hac SENCKENBERGII thesi, qua esse vnam adserit, non plures

l] l. F. 8. §. I. in f. iunge l. F. 7. in fine.

m] ll. F. 34. c. I. §. I. in f.

n] ll. F. 28. c. I. ll. F. 30. iunge l. F. 13.

o] ll. F. 33. pr. in f. et §. I. in f. ll. F. 36.

p] ll. F. 45. verbis: sed in fratribus, si quos reliquit [vasallus scilicet, sine prole decedens] vt de eius debitum soluarur, [succedente scilicet in feudum agnato et repudiante eo, hereditatem al-

lodii] quo tempore decesserit, secundum quod supra diximus, considerabitur. ll. F. 86. Vnum quidem satis vtitatum dicimus, quod si aliquis decesserit nullo in feudo relicto herede, ius feudi ad dominum pertinere dicimus. Fruges autem exstantes non ad dominum, sed ad filias ipsius vasalli, vel etiam ad uxorem eius pertinere, et hac ratione creditor eas retinere potest, licet pignus habere non possit, et hoc cum distinctione imperialium constitutionum.

res in hoc capite opiniones propositas, quum ea obiter et incidenter prolata in medio relinqui possit, vbi de ipsa re disputatur. Ad quam quaestionem omnino et maxime respondendum censemus, quum nostra plurimum intersit, ne quis intelligentior putet, in eos nos esse, in quo vereor, ne multi sint, vt existimemus, refelli et refutari alterius opinionem non posse, nisi reiectis et plane extirpatis omnibus, quae quacunq[ue] ratione is de ea re in medium protulit. Hac enim disceptandi ratione et laedi is videtur, contra quem disputamus, quasi nihil veri et quod probabile esset, dici potuisset, et veri studio atque amori multum detrahitur. Is ipse enim, quem refutamur et qui eius partes tuentur, multum faciliores et sententiam suam examinabunt, et quae contra disputauimus probabunt, siquid sibi a nobis datum videant, Quare ne credat quis refellendi magis, quam verum quaerendi studio nos teneri, monemus lectores, multum ponderis huic argumento inesse. Nam si dabis, textum hunc ita intelligi posse, vt quae vltimo loco adiecit auctor, idem, quod antea dixit, alia ratione enuncient, plurimum hoc valebit ad firmandam SENCKENBERGII interpretationem, qua quae primo loco dicta sunt, posterioribus adcommo-  
 dare studet, sicuti si negaueris, et hoc studium plane inane erit.

## §. XX.

*De tribus temporibus in capite nostro distinctis.*

Sed videamus iam quoque de eo, quomodo quae primo loco dicuntur in capite nostro, ad sententiam, quae vltimis eiusdem verbis inest, adcommo-  
 dauerit celeberrimus noster interpres. Dupliciter autem, vt diximus [§. XVII.] hoc efficere studuit. Primum vt monstrat, omnino conuenienter et apte in rem suam distincta esse tempora in hoc textu, quum contra, si de toto anno  
 textus



textus intelligi deberet, dicendum esset, hanc distinctionem esse plane insulsam. Denique in auxilium vocavit alia iuris nostri loca, quibus idem firmari putat. De singulis sigillatim videamus.

Curatius autem examinanti id, quod primo loco adseritur, vix persuadebit clarissimus noster interpret, quod cupit. Primum enim si id voluisset auctor huius fragmenti dicere, quod in sine aliis placere dicit, ut fructus percepti ad vasalli heredes, pendentes ad dominum spectarent, quid quaeso opus fuisset illa temporum distinctione, quae non tantum otiosa foret, sed et difficultatibus ansam praebitura esset? Quid enim simplicius, quid facilius intellectu esse potest regula illa, quae enunciat, fructus percepti ad heredes vasalli, pendentes ad dominium pertinent? Dein quum ea, quae antecedunt et quae distinctionem temporum continent, si ad hunc sensum adcommo- dari debent, obscuriora procul dubio sint, ut interpretatione opus sit, si in hunc sensum intelligi debent, id enim ipse SENCKENBERGIVS negare non potuit, quum interpretatione sua ea iuvare studuit, quis quaeso persuadere sibi potest, auctorem illa obscuriora multisque verborum ambagibus implicita praetulisse iis, quae subsequuntur, claris, perspicuis, paucissimisque verbis inclusis. Praetulisse autem auctorem priora posterioribus, siue verbis, siue re discrepent, apertissime apparet, quum ab initio ponat simpliciter dicitur, i. e. statuitur, posteriora proferens vero adiciat, quidam tamen dicunt, id est, nonnulli contra sentiunt. Priora quoque sibi- ipse tribuit, dum ait positive, *distinguitur*, non *alii distinguunt*, ut plane dubitandum non sit, prioribus propositis, auctorem voluisse id indicare, quod communi usu receptum sit, mores enim his libris tradi atque consuetudines et notum est, et supra a nobis notatum. Porro quaero: quare mentio facta sit mensis Augusti, qui secundum terminum constituit? Respondet clarissimus SENCKENBERGIVS: Naturali ratione, scilicet quia ad finem vsque

que huius mensis omnes in Italia fructus quaeri ac colligi solent, ut nil praeter vinum et pauca alia reliqui sit. Sed ne in his quidem adquietere possum. Primum enim, etiamsi intermedio hoc tempore inter Kalendas scilicet Martias et Septembres etiam obiit vasallus, tamen non omnes fructus heredibus tribui vult interpretis noster, sed tantum tantummodo, nil amplius, quantum vasallus percepit. Siue ergo Kalendis Augusti decedat, siue alio quocunque die, perinde erit; quidquid perceperit, heredes habebunt. Dein non diem certum definit auctor, quo si mortuus sit vasallus, fructus ad heredes pertinere debeant. Nam si forte dixisset: Si pridie Kalendarum Septembris moritur, fructus ad heredes pertineant, si hoc, inquam, dixisset, potuisset aliqua ratione dici, dispositum hoc esse, quia tum omnes fere fruges in Italia erant collectae. Sed iam quum tempus definiat a Kalendis Martiis usque ad Kalendas Septembres, ita enim omnino intelligi debet, adferitque, vasallo aliquo die inter hos terminos intercedente defuncto, etiamsi VI. Nonar. Martii decedat, fructus ad heredes pertinere, quatenam fingi aut cogitari potest apta huius dispositionis ex eo ratio, quia ante Kalendas Septembres fructus solent colligi? Sed et amplius haec inter se pugnant. Quid enim si vel ipsis Kalendis vel II. Nonarum Martii decedat vasallus? Secundum SENCKENBERGIVM nihil habebit heres. Nihil enim percepit defunctus. Ergo perinde est, ac si ante Kalendas Martias decessisset. Ergo plane inutilis temporis huius adiectio erit. Sed videamus, an, quod dicit clarissimus interpretis, dicat etiam textus, quem interpretatur. Ille, quidquid percepit, est, dum moritur vasallus, heredibus tribuit, nil amplius. Hic ita enunciat: *Si vero post Kalendas Martii usque ad Augustum vasallus decedat, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant.* Videntur haec prioribus conuenire. Nam et perceptionis fit mentio. Intelligo. Sed rogo, quae loque iterum

iterum legas, et iam responde, quomodo perceptionis fiat mentio? An factae, vt a SENCKENBERGIO? Minime sed faciendae intra hoc tempus. Quis quaeso aliter haec textus verba intelligere, quam hunc in sensum potest: Si vassallus intra illud tempus, quod designatum est, quocunque demum die decedit, omnes fructus, qui intra illud tempus percipiuntur, siue percepti iam sint, tempore mortis defuncti, siue demum percipiantur postea, modo ante Kalendas Septembres percipiantur, pertinebunt ad heredes. Fidenter haec scribo. Nec quemquam, qui verba inspicit, controuersiam mihi de hac interpretatione facturum esse, non spero, sed confido plane. Nihil enim, ne verbum, ne  $\chi\sigma\upsilon$  quidem de perceptione fructuum *tempore mortis vassalli iam facta* aut non facta occurrit. Quin potius de fructibus loquitur, qui intra certum temporis spatium *percipiuntur*, hique omnes, si intra idem illud vassallus quocunque die decedat, eius heredibus tribuuntur. Iam vero tralatitium illud scio cuius lectori, vel me non monente, in mentem venire: vbi leges non distinguunt, nec nostrum est distinguere. Quod etiam si ita explicari potest, vt non omnino verum sit, vti fit in regulis illis seu definitionibus, quas fere omnes periculosas in iure nostro recte dicit IAVOLENVS <sup>a]</sup>, quum parum sit, quod non subuerti possit, hoc tamen quilibet dabit, distinctionem, quae seiungit et diuellit, quae ex mente legislatoris separanda et fecernenda non sunt, admittendam non esse. Denique nec hoc praetereundum erit, circa hunc secundum terminum positum eum ex ipsa SENCKENBERGII mente ad frumentum tantum pertinere, quod dicit de fructuum collectione tum iam facta. Vindemiarum tempus enim ferius incidere ipse faretur, idemque de fructibus arborum

<sup>a]</sup> in l. 202. D. de diu. reg. iur. hodie hic quaeret finitionem logicam? ibique IAC. GODOFRÆD. Sed quis

in ipsa Italia nec negandum erit, nec negare is videtur. Fecit horum fructuum ipse SENCKENBERGIVS mentionem, sed quasi tanti non essent, vt in iis pariter vt in frumento singularis terminus statueretur. Quae quum scripsit, sane eum non cogitasse oportet de ora Italiae, in qua vindemiae sane maioris habentur momenti, quam omnes frumenti messes <sup>b]</sup>. Haec igitur perinde, vt messis frumentorum suo termino notari merebantur? Tum vero, quod ad tertium terminum in textu positum attinet, voculam adicit SENCKENBERGIVS, quae, licet vnica sit, dari ipsi nulla videretur ratione posse. Si post Augustum, ita est in textu nostro, omnes fructus anni percipiet dominus. Interpres noster doctissimus, vna vocula interposita, insigniter mutat sensum, hunc in modum: Si statim post Augustum, ideoque ante decedat, quam vindemiae coactae erunt, haec vindemiae ad Dominum pertinebunt. Vni huic voculae statim ergo ex mente ipsius haec inest distinctio: Si post Augustum decedit vasallus, videndum erit, vtrum tempore morris vindemiae coactae, vuae arborumque fructus collecti iam sint, an pendeant. Priori posito, quidquid perceptum est, erit heredum, posterius si euenit, fructus omnis ad dominum pertinebit. Iam vide, sapiens lector, haec distinctio verbisne textus inest, an iisdem conueniat, an denique iis repugnet. Tuum esto liberrimum iudicium. Nil addo. Denique id iam tacens praeterire potero, quod SENCKENBERGIVS, licet non sine veri specie, monet, insulse auctorem, si de toto anno cogitasset, tria distincturum fuisse tempora. Quilibet enim, vel me tacente, intelliget, duriusculum hoc esse, quod infusum plane id dicat, in quo stultitiae nihil est. Nam licet facillime quisque daturus sit, elegantius concinniusque facturum fuisse auctorem, si binas tantum fecisset anni partes, notatis earum quouunque modo terminis, id enim faciendum omnino erat, tamen ex eo,

<sup>b]</sup> Vidit hoc quoque LYDERVIC I. c. diff. I. litt. II. pag. 1239. A.

eo, quod praeter necessitatem adiectum est, nec sensum turbar, neque obscuriorem reddit insipidi quid aut insulsi nemo extorquetur, nec quidquam reiiciet, ex legibus ideo, quia concinnius id potuisset elegantiusque enunciari. Neque vlla erit huius argumenti in nos vis, quum si qua est, illa multo magis in illum valebit, a quo id proficiscitur, quum ex iis, quae disputauimus, satis apparebit, inutilius nil fieri potuisse ea terminorum distinctione, quem fecit auctor huius fragmenti, si ea ipsi mens fuisset, quam interpretres, contra quem disputamus, ei tribuit.

## §. XXI.

*Pauca ad II. F. 45. et 86.*

Superest, vt videamus, quid praesidii ad defendendam probandamque SENCKENBERGII interpretationem ex reliquis locis librorum nostrorum, quae in auxilium vocat, peti possit, quod quidem perquam paucis fieri a nobis poterit. Vterque textus a] loquitur de fructibus feodi exstantibus ad vasalli heredes allodiales, quos dicunt, spectantibus. At in vtroque textu intelligendi sunt fructus a vasallo iam percepti. Dabo hoc. Quid ergo ex eo erudendum erit? Sane vero non intellexeram, quomodo in mentem venire SENCKENBERGIO, tanto viro, potuisset, vt ex eo, quod in his locis mentio fiat fructuum perceptorum, quasi ad allodii hereditatem spectantium, cogere vellet, non nisi hos ad illos spectare, nisi probe perspexissem, nil fieri facilius posse, quam vt animus totus opinione quadam impletus planeque ei deditus, dum anxie anquirat argumenta, quibus firmare eam, et quae ipsi inuentori, vt fit, eximie placet, aliis quoque commendabilem probabilemque reddere

a] Verba vtriusque dedimus supra §. XVIII. ad marginem sub *lit. p.*

M 2

reddere possit, vbiuis, vel vnico verbo inuento, quod sibi conueniat, fortissime se detegisse opinionis suae praesidia putet. Hoc quidem, quod sentio, quam sit humanum, cuius vel sagacissimi prudentissimique viri nihil putant a se alienum esse, hoc, inquam, nisi laudatissimo viro accidisset, certissime viderat, ex eo quod his locis percepti ex feodo fructus tribuantur heredi proprietatis, effocique non posse, praeter illos nihil, adeoque pendentes plane non ad ipsum spectare, nisi contra dialectorum praecepta impingere vellet, quae vetant, ideo, quod alterum ponatur, alterum remouere, nisi ea sit vtriusque natura, vt esse coniuncta in vno plane nequeant <sup>b</sup>]. Sed prior locus aperte se refert ad nostrum, Recte! Neque enim in nostro textu contrarium eius inest, quod ibi dicitur, quin potius id ibi supponitur, quasi per se clarum, perceptos fructus ad allodium seu proprietatem spectare. Quare de iis plane hoc loco non quaeritur, sed de solis pendentibus sermo est. Quae ratio enim dari poterit apta et congrua, quae efficeret, vt fructus vasallo plane iam adquisitas restituerent heredes eius? Nam quam dederunt rationem, qui diuisionem hanc secundum iuris ciuilis de fructibus dotis diuidendis praecepta instituire voluerunt, eam ipse SENCKENBERGIVS noster reiicit <sup>c</sup>], et merito,

## §. XXII.

*Quid nos sentiamus de textu II. F. 28. c. his consequenter.*

Pressè hucusque sequuti sumus SENCKENBERGIVM clarissimum, vt eadem, quem ille ingressus est, via incedentes verum scrutemur.

<sup>b</sup>] Dicat, cui in deliciis est cum nostris aut, si manus antiquioribus, dialecticis loqui, aut qui religioni sibi ducit dialecticorum praecepta alio, quam recepto more eloqui, aut qui timet ex elegantia sermonis aliquid obscuritatis, aut

cuiusque nostra non placent: *Vnius positio, non est alterius exclusio.*

<sup>c</sup>] Vide quae contra A COSTA disputat in *program. cit. §. 9. c. 1. p. 260. medietas.*

serutemur, indagemur. Iam gradum sistimus, figimus pedem, quum persequuti id satis videamur, quod in primis ad verba textus nostri interpretanda pertinet. Reliqua enim quae spectant ad ulteriorem indagacionem quaestionis, de quibus fructibus sermo fit in hoc textu, et quid hodie in foris sequendum sit, infra commodior erit dicendi locus. Iam ne toti in evertendis aliorum interpretationibus esse videamur, de iis quoque, quae ipsi sentimus, breuiter et paucis exponamus.

Idem vero et nobis in explicando hoc textu euenisse putamus, quod *Excellentissimus PÜTTMANNVS a]*, vir doctissimus laudatissimus, saepius expertum se esse dicit, *legem, tantum non inter damnatas et cruces ICTorum relatum, abiectis, quibus onerata magis quam ornata fuerat, commentariis, intellectu sibi fuisse facillimam, nullamque superfuisse difficultatem, nisi hanc, quod nulla difficultas fuerit in re, quae viris grauissimis visa erat difficillima.* Et felices nos, si quos is, dum hoc expertus et rectissime erat in interpretando loco iuris ciuilibus, de quo summi defudarunt ICTri, consequutus est doctissimorum virorum plausus b)], aliqua certe ex parte nos quoque, dum versamur in explicando loco iuris feodalis, in quo pariter summi viri multa opera industriaque occupati fuerunt, mereri possemus.

Puto autem, dicam enim libere, licet non sine verecundia, quid sentiam, puto, inquam, hanc mentem fuisse auctoris huius fragmenti. — Vassallo sine prole feodi capace decedente, si quaeritur de fructibus feodi pendentibus eius anni, quo defunctus est,

a) in elegantissimo libro *probabilium iuris ciuilibus cap. 1. pag. 2.*

b) hocce testatur eruditissimus no-

ster ICTus censor aequus peritus *Excellentissimus SCHOTTIUS in der vnterth. Critick vber die neuesten iuristischen Schrifften. 3. Stück pag. 103. 199.*

## LXXXIII

non, quod placuit nonnullis arcessitis hic Romanorum de usufructu legibus, omnes illi iure feodi censendi sunt, ut domino, vel agnatis in feodum succedentibus tribuantur, sed potius, ex more recepto, sectione anni in duas partes facta, ita ut altera pars anni comprehendet semestrem spatium a Kalendis inde Martiis, usque ad pridie Kalendarum Septembres, altera reliquos sex menses a Kalendis inde Septembribus usque ad pridie Kalendarum Martiarum complectatur, inspiciendum erit, in quamnam partem incidat mors vasalli. Si in primam anni partem, omnes fructus, qui in ea etiam post mortem vasalli percipiuntur, iure allodii censentur. Si in posteriorem, omnes fructus anni illius pendentes ad feodum pertinent, ut una cum eo vel ad agnatos perueniant, vel ad dominum si ad eum feodum deuolutum erit.

## §. XXIII.

*Paucis uberius haec illustrantur.*

Paucis tantum et perbreuiter ea, quae diximus, illustrabimus, quatenus aliqua nostra illustratione indigere nobis videntur. Vela enim contrahenda esse sentimus, ne nimium crescat libellus. Quare omitimus, quod diximus cum aliis, reiectam esse eorum sententiam, quae omnes pendentes fructus tribuit domino, neque id firmabimus, quod adseruimus, quae deuoluto ad dominum feodo obtineat, ea quoque obseruari debere, si agnati in feodum succedant, aperte enim hoc in ipsis libris nostris continetur <sup>a]</sup>. Sed primum de pendentibus tantum fructibus sermonem esse in hoc textu curatius illum inspicienti abunde apparebit. Ita enim optime cohaerent

<sup>a]</sup> Vid. II. F. 45. conf. not. s. XVIII. *vic. sect. 6. §. 8. et 9. vbi late contra lit. p. Iunge COCCII de iure semi- SCHEDERVM disputat. l. c. p. 1270.*



rent, quae in fine huius loci de aliorum opinione reiecta ab auctore adijciuntur. Nam quum dicit: *Quidam tamen dicunt, quocumque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere, nonne naturali ratione sibi constat sermo, si ita illum intelligis, omnes pendentes*, de quibus loquuti sumus, et in quibus nos distingui volumus tempora, secundum morem receptum. De perceptis ergo dubitandum plane non est, quin ad vasalli heredes spectant, quippe illi semel aduisti, nec ab his restituendi. Neque etiam de restitutione fructuum quidquam hoc occurrit, sed de eo tantum quae ritur, ad quem *pertineant fructus*, quam vocem constanter et ter adeo repetitam in hoc loco occurrere notes velim, si tibi mecum persuades, esse eam maxime propriam fructibus pendentibus alicui tribuendis, sicuti contra fructus iam percepti *restitui* dicuntur, si qui percepti, eos retinere non debet. Sed si leuiora haec existimas, forte aliquantulum magis ad te conuincendum valebit curatior verborum consideratio, quibus auctor noster dicit: *omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant*. Quomodo quaeſo haec verba aliter, nedum aptius, explicari quam hunc in sensum possunt: Praeter perceptos iam fructus, quippe de quibus plane contentio non est, illi quoque qui his mensibus a Kalendis inde Martiis vsque ad pridie Kalendas Septembres percipiuntur, licet tempore mortis vasalli adhuc pendeant, ad heredes vasalli pertinent. Neque hac in re puto dissentire a nobis posse, qui veterum Germanorum placita de fructuum iure hic instar fundamenti ponunt, quum ea ipsa pendentes tantum respiciant fructus. [§. XIII.] Neque ignoramus, nonnullos ita sensisse. Sed iam non ex auctoritate aliorum disputamus. Iungo et hoc, quod dicit auctor noster, omnes fructus illius anni ex feodo *prouenientes*. Ecce de *prouenientibus* tantum fructibus loquitur, non de iis, qui contingente morte vasalli iam *prouenere* perceptique iam sunt. Conuenienter

autem

autem huic diuisioni anni in duo semestria tres illos terminos posuit auctor huius fragmenti. Licet enim, quod supra iam dedimus, aprius, concinniusque potuisset mentem exprimere, tamen ita expressit, vt verba, quibus vsus est, non tantum interpretationem nostram admittant, verum quoque alium in sensum adcipi non possint, nisi vim iisdem facere velit. Ita enim fieri vix commode potest, vt de duobus annis textus intelligatur, quod fecerunt nonnulli <sup>b]</sup>, qui vltima verba textus interpretati sunt de fructibus futuri anni. Sed fingere mihi non possum, quomodo ita obscure loqui potuisset auctor, vt plurium annorum plane mentionem non faciens, de pluribus tamen intelligi voluisset. Sed clariora haec omnia fient, si in rationem huius dispositionis paullo curatius inquirimus.

## §. XXIII.

*De ratione huius diuisionis anni nostra sententia  
exponitur.*

Quod dignissimum est ICro liberali studium inquirendi in rationes legum, id quō maiori interdum difficultate laborat, eo cautius vellem in eodem ICri nostri procederent. Sed postquam abieci-  
cimus commentatorum turbam, quā quis non turbetur hac in re? dicāmus, quid nobis conuenientius videatur, nil curantes, siue id quis ante nos dixerit, siue, quod vix putamus, licet eadem apud alios non legerimus, haec nobis primum in mentem venerint. Nihil ergo auctoritatibus tribuamus, sed solis inspectis verbis textus,  
et

<sup>b]</sup> Vnum nominaffe sufficit qui multos nominis celebritate vincit I. H. BOEHMERVM in *dissert. de iurib. diuersis ex climatum diuersitate ortis*

§. 22. in *exercit. ad pandect. rom. I.* pag. 297. sq. cui iungi meretur COCCII l. c. §. 7. pag. 1269.

et considerata re ipsa, de qua agitur, nullis intermixtis aliis coniecturis, quae licet eruditissimae sint, mirum in modum, si quid sentio, fringunt vim interpretationis, quae iisdem superstructa est, eamque onerant. Quo simplicius ergo, eo melius. Id quod maxime in hoc valebit argumento, quod non versatur circa explicandas subtilitates dicam, an argutias veterum Ictorum romanorum in iure philosophantium, sed circa inuestigandos mores simplices veterum Germaniae populorum, quibus tamen aliquantulum romanae sapientiae immixtum est. <sup>a]</sup> Sed nimium forte, certe satis, praefatumus. Iam rem ipsam agamus. In duas partes semestres distinctum esse annum diximus. Adparet autem medium tempus, quo annus inciditur clarissime, finis scilicet Augusti, et initium Septembris. Hosce autem inter menses, quare incisio facta est? Ipsa res docet. Constat enim inter omnes et post LVDEWIGII <sup>b]</sup> et BOEHMERI <sup>c]</sup> curas nemo negat, SENCKENBERGIVSQUE <sup>d]</sup> ut supra [*§. XVII.*] diximus, fateretur, frumenti perceptionem omnem mense Augusti finiri. Quid? quod ex ipsis legibus nostris hoc probatur <sup>d]</sup>. Vindemiis vero, docente PLINIO, <sup>e]</sup> ipsisque legibus nostris <sup>f]</sup> mensis October tribuebatur, et licet antea interdum rapi queratur vvas nondum maturas, PLINIUS tamen ante aequinoctium eas maturas esse discrete negat, <sup>g]</sup> cum quo convenire videntur quam optime, quae de tempore feriis vindemialibus constituto in libris iuris romani leguntur <sup>h]</sup>, quae eo magis huc spectant, si hunc locum cum doctis

a] vid. II. F. I. Conf. supra *§. XVIII.*

b] loco, quem saepius diximus *diff. I. litt. rr. p. 1240. C.*

c] loco, quem modo laudavimus, *§. 21. pag. 296.*

d] *l. 2. C. de feriis*, vbi haec: *a die octavo Kalendar, Iulii usque in Kalen-*

*das Augusti messis feria concedatur. i. e. secundum hodiernam computandi rationem a die 24. Iunii vsque ad 1. Augusti.*

e] *hist. nar. XVIII. 31.*

f] *l. 7. §. 1. D. soluto matrimonio.*

g] *l. c. Iunge supra §. V IIII. not. b.*

h] *c. l. 2. C. de feriis*, vbi haec: *a decimo*

## LXXXXVIII

doctissimis viris THEODORICO Regi Gothorum, quam THEODOSIO, cuius nomen in scriptio refert, tribuere mauis *i*]. Vides ergo, tempus, quo prior pars anni finitur, altera incipit, praecise illud esse, quod inter messis et vindemiarum tempora medium intercedit. Messes vero et vindemiae, quum sint principalia temporaredituum ex fundis percipiendorum, ipsaeque adeo arborum fruges partim in primam, partim in alteram partem anni incidant, nescio vana sit coniectura, an re ipsa nitatur, si puto, ideo has duas anni partes veteres, non lege scripta, sed consuetudine vsu moribusque ideoque sine omni subtilitatis studio ita seiungisse, vt in quamuis partem anni aequa fere fructuum pars incidat. Sed et verbis textus nostri adprime congruere haec videntur, si prout iacent illa intelligis et explicas, nullis incertis coniecturis admittis, immixtisue. Nullum ergo mysterium quaero in Kalendis Martiis hic positis *k*]. Sed naturali ratione hi initium facere debebant primi semestris, quum terminandum id erat in pridie Kalendarum Septembris. Nam si ab hisce retro numerare incipies in Kalendis Martiis desinens habebis sex menses. His constitutis de reliquis quaerendum non est, quibus constituatur semestre alterum. Iam ergo si ponas, hanc anni in duas partes distinctionem in mente habuisse auctorem textus nostri, eum vero ad anni computationem ciuilem, qua is a mense Ianuarii inchoatur, simul respexisse, ita vt illam distinctionem in relatione ad hunc computandi modum traderet, naturali ratione ita incipit: Quodsi ante Martium decedit vasallus, scilicet binis

*decimo autem Kalendarum Septembris usque in Idus Octobris vindemialis feria concedatur. i. e. secundum nostrum Kalendarium a d. 23. Septembris, qui praecise est dies aequinoctii autumnalis, vsque ad d. 15. Octobr.*

*i]* Vid. DE LVDEWIG *l. c. pag. 1239. B.*

*k]* Multa autem multos in iis quae fuisse adparet ex iis, quae LVDEWIG *l. c. litt. s. s. pag. 1237.* late profert.

binis prioribus mensibus anni, cuius initium est in Kalendis Ianuariis ponendum, fructus pendentes iure feodi habeantur: Dein pergit, si vero post Kalendas Martii moriatur vsque ad Augustum, i. e. vltimum Augusti diem, seu pridie Kalendarum Septembris, ideoque intra semestre illud spatium, quod primam partem anni pro hac eiusdem distributione constituit, fructus, qui intra hoc semestre spatium percipiuntur, omnes iure allodii censeantur: denique addit, si vero diem obiat post Augustum, i. e. a Kalendis inde Septembris vsque ad finem anni, quatuor iis mensibus, qui in anno supersunt, perinde erit ac si duobus prioribus anni mensibus defunctus esset, quia illi cum his coniuncti, alterum semestre conficiunt, ideoque et rum fructus omnes tempore mortis pendentes a feodo, separandi non erunt. Iam ergo videbis, iudicabisque harum rerum intelligens lector, an adeo insulsa, vti dixit SENCENBERGIVS clarissimus, haec tria distinxerit tempora auctor fragmenti, quod interpretatur? item an, quod idem ille putat, commode vnicus ille terminus Kalendarum Martii rem conficere potuisset? Quia potius si Kalendarum quis dies vnicus ad distinguenda haec tempora nominari tantum debebat, non poterat is alius, quam dies Kalendarum Septembris esse. Denique et hoc existimabis, an quid ad hanc rem pertineat, quod hisce iungit vir doctissimus, Kalendis scilicet Martii pensiones inferri solitas esse? de qua re vel hanc ob causam paulo vberius supra [1] disputauimus. Sed nec id placere nobis poruit, quod a Kalendis Martii multi velint initium anni facere, vel quod Romulus inde annum ciuilitate computare inceperit, quod dudum mutatum erat penes ipsos Romanos [m], vel quod ipsi Germani inde initium anni deduxerint, quod non satis

com-

[1] Vid. quae ad §. VI. sub \* ] m] quod monuit BOEHMERVS l. c.  
exposita a nobis sunt. §. 20. pag. 295.

## C

compertum habemus <sup>n</sup>]. Qui LVDEWIGIVM legerunt, sciunt nominasse illum <sup>o</sup>] ALVAROTTVM <sup>p</sup>] et SCHNEIDEWIVM <sup>q</sup>] huius opinionis auctores, quod auctor textus huius voluerit annum in duo semestria diuidere. Sed quum vtrumque auctorem inspicendi copia nobis non fuit, nescimus sane in quantum haec nostra, ex iis certe non hausta, cum iisdem conueniant. Peritus vero et aequus lector iudicet, an quae FORGLIATVM <sup>r</sup>] de hac diuisione anni luisse idem refert, quid in nos valere possint. Hoc certe gloriamur

<sup>n</sup>] Afferit hoc quidem post TRIER in *diff. de transmissione fructuum feudatium in heredes allodiales* §. 5. p. II. qui tamen in genere tantum se refert ad scriptores chronologicos, hodieque in Brittaania obtinentem consuetudinem, S. V. et *Illustr. HOMMELIVS in den akademischen Reden über MASCOV, ad cap. X. §. 45. in fine pag. 354.* prouocans ad *capitula synodi veruenensis* c. 4. apud GEORGISCH p. 515. ubi haec: *ut bis in anno synodus fiat. Prima synodus MENSE PRIMO, quod est MARTIAS KALENDAS.* Sed nescio, an haec adeo firmum fundamentum praebant, hoc anni initium Germaniae populis generatim tribuere. Venit et hoc mihi in mentem, de consuetudine mediolanensi forte sermonem esse in textu nostro adeoque parum referre, etiam si certo probari poterat, Germanos ita computasse annum. De Mediolanensibus enim hoc probandum esset, si in initio anni rationem quae-

ere velis, ob quam Calendarum Martii in textu nostro facta sit mentio. Quod subdubitanter de STRAVCHII *dissertatione de computo veterum Germanorum* scribit, certo nec adfirmare nec negare audeo. Dubito tamen eiusmodi dissertationem existere. Sed IOAN. STRAVCHII *Ienensis*, [fuit enim et *Vitebergensis*] *dissertat. sub titulo; Kalendae Ianuariae in bibliotheca Lipeniana inuenio, neque tamen eam vquam vidi: Notum quoque est, alios annum a mense Septembris computari velle, VII BERLICH p. 3 concl. 43. nr. 28. Vide BOEHMER in *dissert. de iur. diu. ex diuers. clim. orr. §. 19. exercit. ad D. tom. I. p. 294. seq.* ubi et BITSCHIVS nominatur.*

<sup>o</sup>] loco saepius laudato *litt. ss. p. 1239. A.*

<sup>p</sup>] ad II. F. 28. *vers. sed ego.*

<sup>q</sup>] P. 2. *Feud. c. 4. nr. 26.*

<sup>r</sup>] in *comment. feud. c. 8. nr. 14.*

riamur et boni omnis instar laetis oculis hilarique fronte legimus, quod ipse *S. V. et illustr.* HOMMELIVS *s]* parum absit ab hac nostra diuisione, licet rationem eam, quam nos diximus, non proferat.

### §. XXV.

*An ratio textus nostri ex iure germanico  
repetenda sit.*

Videbis ergo, lector, et miraberis procul dubio, recedere nos ab ea via, quam elegit post COCCEIVM *a]*, DE LVDEWIG *b]*, quamque et magis muniuit et sequutus est vterque BOEHMERVS et pater *c]* et filius *d]*, sequunturque hodie fere omnes. Satis audaciae, fateor. Sed quare secessionem hanc fecerim, paucis exponam. Neque enim temere, neque vt nouitatis plus, quam veri studio tribuerem, sed quia dubia vincere non poteram, quae doctrinae huic ab his celeberrimis viris propositae obstare mihi videbantur, prudentius me agere putavi, si modeste, quae viderentur mihi, qualiacunque sint, exponerem, hacque ratione, si tanti forsan alicui doctiori videretur, occasionem praeberem haec omnia magis perscrutandi et indagandi. Sane enim, si fieri posset, vt haec ipsa, quae a doctissimis illis viris prolata sunt, magis firmentur et extra omnem dubitationis aleam ponereatur, insigniter laetarer, me posse plane conuicto animo ad maiorum nostrorum castra reuerti, vnde

*s]* Iose quem nominauimus p. 353.

*a]* in *differt. de iure feminis* S. 6.

§. I — 4. *exercit. vol. I. p. 1267. seq.*

*b]* in saepe *cit. diff. de fruct. attrib.*  
*diff. I. litt. et. tom. II, opuscul.*

p. 1238 — 1240.

*c]* in *cit. diff. de iur. diu. ex diuers.*  
*climat. ort. §. 21. exercit. ad D. tom. I.*

p. 296. item in *diff. de anno deseruio*  
*cap. 1111. §. 4. exercit. tom. 111.*

pag. 679. *seq.*

*d]* in *princip. iur. feud. §. 344.*

vnde iam paullulum digressus sum, ab iisque reperere rationes et fundamenta huius dispositionis de fructibus feodi. Quod vero dicunt celebratissimi illi viri in summo laudis fastigio positi, latere rationem huius dispositionis in veterum Germanorum philosophia, secundum quam in fructibus industrialibus, contra Romanorum dogmata, plus tribuerent curae et industriae, quam fundo, in quo nascuntur fruges, id nec in frumento mihi et tegumine, neque in vindemia omni dubitatione carere videtur. De utroque momento obiectiones sibi mouet ipse LVDEWIGIVS, quas nescio, an plene remouerit. Ad frumentum quod attinet, obiicit sibi, ita destitui heredem vasalli frumento hiberno. Ipse hoc dubium grauius dicit. Sed et leuius dissolutu id putat. Quomodo ergo dissoluit? Leuiter sane et sine omni difficultate aut opera et breuissime. Respondet enim: Itali non gaudent fructibus hibernis. Quibus vero auctoritatibus, quibus testimoniis id firmat vir eruditissimus? — Plane mutus hic est, quod dicit de hoc dubio omnes ante ipsum fuisse. Sola sua auctoritate utitur. Ego vero contra PLINIO testimonium denuncio. Is autem perinde ut nostratium quis dicturus esset, *frumenti ipsius, ait, e] totidem genera per tempora facta diuisa. Hiberna, quae circa vergiliarum occasum sata terra per hiemen nutriuntur, ut triticum, sar, hordeum. Aestiuæ, quae aestate ante vergiliarum exortum seruntur, ut milium, panicum, sesama, horninum, irio, [et iam addit, quod omnino notandum] Italiae duntaxat ritu. Alioquin in Graecia et Asia omnia vergiliarum occasu seruntur. Quaedam autem utroque tempore in Italia. Ex his quaedam et tertio, veris scilicet. Temporis, quo frumentum seritur, distinctionem hic vides ad vergiliarum exortum atque occasum referri, quod noli mirari. Ipse enim PLINIVS, qui fidus hocce septem vel nouem potius, pluribusque stellis constans*  
in

e *list. nat. XVIII. 7.*



in caudam Tauri locat, *f*] *vergiliae*, inquit, *g*] *privatim attinent h*] *ad fructus, ut quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems i*], *semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexae*. Idem quoque exortum vergiliarum refert ad *VI. Iduum Maii, k*] *occasum ad III. Iduum Nouembris l*]. Multa quoque de frumento hi-

berno,

*f*] *ibid.* ll. 41 extr. Ita veteres, recentiores Astronomi in collum tauri hoc fidus collocant. Quod quum alienum ab arte sit, quam nos profitemur, firmabimus testimonio celeberrimi Gallorum astronomi DE LA LANDE, qui in libro quem gallice inscripsit: *Astronomie rom.* l. qui *Parisii* 1764. prodiit, libro 111. §. 393. pag. 162. ita: *Les Pléiades sont des étoiles situées sur le col du taureau; les Anciens les plaçoient sur la queue du taureau*

*g*] *ibid.* XVlll. 29. ab *inir.*

*h*] haec recepta est lectio, alii legunt: *primatum tenent.*

*i*] ita quoque *lib.* 11. c. 47. *Vergiliarum occasus hiemem inchoat*, et *XVlll.* 31. ab *inir.*

*k*] *lib.* 11. c. 47. et *XVlll.* 26. est ille dies nobis *decimus Maii.*

*l*] *lib.* 11. c. 47. *XI.* 16. *XVlll.* 31. qui dies nobis est *undecimus Nouembris*. Quare adparet, duobus illis diebus praecise semestri spatium includi. Cum hisce locis vero si confers *lib.* *XVlll.* c. 26. ubi haec: *Aequinoctium vernum ad VIII. Kalend. Aprilis per-*

*agi videtur. Ab eo ad vergiliarum exortum matutinum Caesari significant Kalend. Aprilis III. nonas Aprilis in Attica vergiliae vesperi occultantur*, adparebit, quam vere dixerit DE LA LANDE loco, quem nominavimus *lib.* *Vlll.* §. 1235. pag. 615. *seg. Les poëtes grecs et romains et les Auteurs anciens, qui ont écrit sur l'astronomie, l'agriculture et l'histoire parlent souvent du lever et du coucher des étoiles. Les passages sont souvent obscurs et même de contradictions.* Sed ex ipso *PLINIO* haec explicare quodammodo poteris, qui *lib.* *XVlll.* c. 25. *Exortus inquit, occasusque binis modis intelliguntur. Aut enim aduentu solis occultantur stellae et conspici desinunt, aut eiusdem abscessu proferunt se. Emersum hoc melius, quam exortum consuetudo dixisset: et illud occultationem potius, quam occasum. Alio modo, quo die incipiunt adparere vel desinunt, oriente sole aut occidente, matutini vespertini cognominari, prout alterutris eorum mane vel crepusculo contingit,*

berno, eius fatione et conditione tradit PLINIVS <sup>m</sup>], quo cum si conferre lubet, quae VIRGILIUS <sup>n</sup>] de fatione frumenti et cultura agrorum praecipit, nullum plane supererit dubium, frumentum hibernum Italos perinde ac nos in Germania habuisse, quae omnia, si

ringit, Dodrantes lorarum, cum minimum, inter nulla ea desiderant ante solis ortum vel post occasum, ut adspici possint. Praeterea quis quaedam exoriuntur et occidunt. Omnisque sermo de his est stellis, quas adhaerere caelo diximus. Nonnulla quoque ad hanc rem pertinentia inuenies apud MAERON. Saturn. I. 18. Pertinere autem tempora illa, quae PLINIVS exortui et occasui vergiliarum constituit, ad ortum occasumque cosmicum videntur. Licet enim alios notari videas dies in *tabula ortus et occasus stellarum Romae anno 451. ante primum Christi*, quam exhibet IOANN. BAPTISTA RICCIOLVS, clarissimus superioris saeculi astronomus, in *Almagesto nouo tom. I. part. I. [Bonon. 1651. fol. edit.] lib. 6. c. 22. pag. 468. seq. vbi pag. 470*, vergiliarum ortum cosmicum ponit in d. 15. Aprilis, occasum in d. 28. Octobris, minus tamen hoc mirandum est, quam veteres Romani rei astronomicae parum periti, dies hosce non uti vere ibi erant, sed uti apud Graecos illos notatos inuenirent, determinarunt, non habito respectu diuersitatis altitudinis

poli, nec temporis, nec praecessionis aequinoctiorum. Docet hoc Illustr. ABRAH. GOTTH. KAESTNER in *den Anfangsgründen der angewandten Mathematik*, [2. edit. Gott. 1765.] *Astronom. § 128. pag. 289.* ex HENISCHIO et conueniunt cum his, quae imprimis ad haec PLINII loca intuitu vergiliarum obseruauit RICCIOLVS *l. c. pag. 473.* quibus adde si lubet, quae DE LA LANDE de ortu et casu stellarum cosmico, heliaco et acronycto loco, quem postremum diximus §. 1235 — 1249. disputat. Nobis sufficit, hoc loco de diebus constare, quibus tum temporis Romani hunc ortum occasumque fieri, licet parum adcurate putabant. Hos ipsos enim dies respiciendos esse docet PLIN. XV. 11. 27. et docet res ipsa. Quomodo enim agricultores exortum illum occasumque potuerint obseruare, quod ne peritissimus quidem potest semper astronomus, aëre forte uebulis impleto.

m] in multis locis *lib. XV. 11. veluti c. 7. 8. 19. 20. 24. 25. 26. 29. 30.*

n] per totum fere *lib. I. Georg.*

si veteris rei agrariae scriptores nobis ad manus essent, possent procul dubio pluribus fulciri testimoniis. Vnum tantum dabimus VIRGILII locum, vbi sationem frumenti ad occasum quoque vergiliarum, quas Eoas vocat, refert, perinde vt PLINIUS de frumento hiberno dixit, his verbis: o]

*Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur,*

*Cnosiaque ardentis decedat stella Coronae*

*Debita quam sulcis committas semina. —*

Haec de frumento hiberno sufficiant. De vindemia quidem latius disputauit LVDEWIGIVS, et iam BITSCHIVM p] antea probare studuisse, vindemias mense Augusto celebratas esse, obseruat BOEHMERVS q]. Sed vereor, quin effecerit vterque, quod voluerit. Certe ex l. 2. c. de feriis non multum praesidii petendum est. Ibi enim initium feriarum vindemialium quidem ponitur circa finem Augusti, sed ex eo probari vix poterit, ipso mense Augusti absolutas esse vindemias. Quin quum tempus feriarum ibi constituatur a decimo Kalendarum Septembris vsque in Idus Octobris, quare non maui ad Septembrem et Octobrem potius referre has ferias, quum Augusti tantum nouem posteriores dies contineant, Septembrem vero integrum vna cum quindecim diebus Octobris r]. Termini

o] Georg. I. 226. seq.

p] ad II. F. 28. pag. 539. seq.

q] locis, quae diximus sub lit. c.

r] Quum GESNERVS in thesauro linguae lat. s. v. vindemialis ad ferias vindemiales indicandas nominet SVETON. in Aug. c. 35. et ibi CASAVBONVM et STYCKII antiquit. conuual. I. 23. in Suetonio autem Se-

ptembris et Octobris mensium fiat mentio, in quibus non alii, quam forte ducti in senatu adesse necesse erat, per quorum numerum decreta confici possent, inde conicio, illos viros doctos his mensibus quoque tribuisse ferias vindemiales. Quod tamen, quum ad manus illi non sint, in medio relinquere cogor.

mini quoque feriarum vindemialium, qui constituuntur in legibus *Wisigothorum* <sup>s]</sup>, multum ab his discrepant. Ibi enim finiuntur a XV. Kalend. Octobr. vsque ad XV. Kalend. Nouembr. Multo minus proderit *PLINIVS*. Nam licet is dicat, <sup>t]</sup> iam passim se rapi cernere vindemiam ante iustum tempus, tamen, quum iustum vindemiarum tempus diferte ab aequinoctio ad vergiliarum occasum eodem loco finiat, nescio, an maiori iure ex illis verbis vindemiarum tempus maturius poni possit, quam si ideo, quod ibidem subiungit, et Kalendis Ianuarii [vel ut alii legunt: Kalendis Nouembr.] defectu vasorum se vidisse vindemiantes, serius id ponere vellem. *SENECAE* verba, quae profert, demta interpolatione sua plane nihil ad rem suam faciunt. Neque sane scio, an contra obiectionem, quam inde petit, quod ne hodie quidem alio quam Octobri mense vnae in Italia colligantur, satis sibi praesidii parauerit ex calendarii romani corruptione. Nam si adferis, quod ille haud dubium esse putat, feodistam legislatorem, quem dicit, tempore vixisse, quo Augustus mensis iusto serius nominatus sit in Calendariis, idem etiam in Martio mense adsumendum erit. Sed tunc ecce omnis viri summi de frumenti cultura turbabitur philosophia. Et quis quaeso *SVETONIO* testimonium denunciauerit, vbi de *FRIDERICI* Imperatoris temporibus, quibus vixit *OBERTVS*, procul dubio huius fragmenti auctor, certe non antiquior, sermo est? Aut quis crederet, adeo vehementer tum perturbata fuisse calendaria? Quin vereor, ne *SVETONIVS* <sup>u]</sup>, cui testimonium denunciat, contra ipsum faciat. Is enim aperte vindemiarum ferias autumnio tribuit, et *MACROBIVS* <sup>v]</sup> auctor nobis est, *IULIVM CAESAREM* in mutatione calendarii feriarum cuiusque mensis ordinem seruasse. Quibus quidem ita constitutis, longe tutius me agere puto, si vindemiarum tempora

s] in *lib. II. tit. I. c. II.*

u] in *Iul. Caes. c. 40.*

t] *lib. XVIII. hist. nar. c. 31.*

v] *lib. I. Saturn. c. 14.*

tempora post mensem Augusti collocauerim, inque Septembrem et Octobrem.

§. XXVI.

*Conferuntur inter se, quae diuersimode ex his rationibus deducuntur.*

Iam si consideramus, quaenam ex supposita hac ratione huius rextus deducta sint a doctoribus, adparebit, esse operae pretium, in has rationes paullo adcuratius inquirere. Pauca tantum tangamus. Primum hoc esto, quod quaerunt doctores, an haec distinctio temporum in textu nostro obuia conueniat oris seu climati Germaniae? Quod omnino plane negandum erit, si iuris germanici dogmata hic censēs ad clima Italiae attemperata esse. Si nostra placent, dicendum erit, non adeo repugnare haec instituta climati nostro. Nam et apud nos Augusto mense fere messes conficiuntur. In vindemiis vero in Germania rarioribus eadem quoque tempora seruantur, quae nos posuimus. Dein et ea quaestio inde pendet, quae quaeritur, an quod longobardico iure constitutum est, recipi a nobis prudenter possit? quod negabis aut adfirmabis, prouti aut recedis a nobis aut nobiscum facis. Tum vero celebris illa quaestio, ad quae fructuum genera haec dispositio iuris longobardici pertineat, varia ratione decidenda erit secundum variam quam tibi fingis huius iuris rationem. Nam qui sequuntur ea, quae nobis dubia videntur, ii non possunt, nisi ad fructus industriales, quos dicimus, hanc decisionem adplicare. Contra vero nos plane non dubitamus, quin idem quoque ad fructus mere naturales adplicemus. De fructibus autem ciuilibus, qui non succedunt in locum naturalium, [de his enim, qui pro naturalibus substituuntur, contentio dubitatione non est,] quaestio anceps erit, Licet vero fa-

tear, videri omnino posse, in textu nostro sermonem esse tantum de fructibus naturalibus. quia fructus dicuntur *ex feudo prouenientes*, tamen ingenue fateor, me nihil videre absurdi in eo, quod, vt alios taceam, CARPZOVIVS <sup>a]</sup> defendit, hanc dispositionem ad omnes omnino tendere fructus. Neque scio, an, quod subtiliter iure romano distinguitur, vtrum *ex re* an *occasione rei* proueniant et percipiantur fructus, ad hunc textum iuris feudalis transferendum sit. Quin potius, quum diserte in textu nostro *omnium* fructuum mentio fiat, conuenientius erit, sine legis auctoritate non distinguere. Sane, quis nostrum, quaeso, nisi Romanorum placita compertra habuisset, vel somniando cogitaturus fuisset, aliam rationem esse debere fructuum ciuilium quam naturalium? Neque ipsum ius romanum semper hos fructus diuerso iure diiudicari praecepit. Denique et ipsa illa quaestio de fructibus post Augustum demum mensum maturefcentibus pendet ab hac varietate rationum.

## §. XXVII.

*Quid iuris sit circa fructus post Augustum maturefcentes?*

Ex iis, quae hactenus disputauimus, satis apparet, quid statuendum censeamus de fructibus post Augustum mensum demum maturefcentibus, si vasallus intra Kalendas Martias et Kalendas Septembres mortuus sit sine prole feodi capace. Scilicet putamus nos, illos fructus omnino iure feodi esse habendos, ideoque vel domino feodi, ad quem deuoluitur, vel agnato in feodum succedenti tribui debere. Licet vero non ignoremus, ab omnibus fere doctoribus contrarium doceri, quare facillimo labore longum

recen-

<sup>a]</sup> in *jurisprud. forensi romano-saxoni*. P. III. *const.* 32. *def.* 9.

recensendi hic nominum catalogum superfedere possumus, a] tamen persuasum nobis habemus, haec iuri nostro minus conuenire. Omne enim argumentum, quod ad probandam contrariam opinionem adduci potest, vnice ex ratione illa desumptum esse debet, quam dicunt originem dedisse huic distinctioni. Iam vero docuimus, hanc rationem nisi nullam, certe adeo firmam stabilemque non esse, vti quidem plerumque habetur. Qua in re si non plane errauimus, omne huius doctrinae fundamentum corrui. Sicuti enim multa cura multaque circumspectione opus est in adplicando illo pragmaticorum axiomate, cessante ratione legis et ipsam legem cessare, quod post alios, quos nominat, monuit ABRAH. WIELING b], ita vix concederem, ex ratione iuris philosophari, et philosophumena inde deducta pro iure venditare, quatenus de eo ipso dubitari potest, an, quam nos putamus, vera quoque sit legis ratio. Quamuis enim elegans omnino et ICto non opificiario dignum sit studium

a] Paucos tamen, ne negligentiae praefidium quaerere videamur, nominemus, quorum nomina maxime in hac re celebrantur, vt HARTM. PISTORIS *lib. I. quaest. iur. 24. nr. 48. seq.* et in eiusdem *amicabili responso*, quod inuenies in RUTGERI RVLANTI *decade votorum camelialium circa fructuum et interesse materiam*, post votum X. adiectum, STRVV. *Synagm. iur. feud. cap. 15. §. 16. nr. 4. HORN iurisprud. feud. cap. 16. §. 29. COCCLEII in diff. saepe cit. Sect. 6. §. 5. LVDIEWIG. all. disp. de fruct. attrib. diff. I. litt. yy. tom. II. opusc. pag. 1241.* vbi et VVLTEIVM nominat

et SCHEPLIZIVM, IHRINGK *cit. diff. de modo computandi fructus cap. 4. §. 41. ORTH diff. de fructibus vltimi anni §. 31. BOEHMER diff. de diuers. iur. ex clim. diu. ort. §. 22. exerc. ad D. rom. I. pag. 297. seq. TORNÖV de feud. mecklenb. P. 2. c. 6. §. 5. pag. 310. BOEHMER princip. iur. feud. §. 344. extr.* Et hic subsistamus, ne ex paucis, quos nominare volebamus, multi fiant. Potest enim facili negotio numerus ille nominum augeri.

b] in *lection. iur. ciuil. lib. I. c. 5. extr. pag. m. 102.*

studium in legum rationes inquirere, easque omni diligentia scrutari, cautio tamen adhibenda est, ne, quae in scholis aliqua ratione tolerari possunt, ex eadem in forum propellantur, adeoque interpres iuris in conditorem nedum reformatorem correctoremue iuris constituti euadat. Vides, aequè lector, hac ratione nos nobismet ipsi e manibus extorquere argumentum, quo possemus ad firmandam nostram sententiam uti, illud scilicet, quod petendum esset ex iis, quae nos disputauimus de ratione iuris longobardici. Neque enim id arroganter nobis sumimus, quasi plane certa et indubitata sint, quae nos de hac re differuimus. Sed alia in promptu habemus argumenta, quibus id, quod diximus, euinci posse putamus. Primum enim repugnat hoc aperte ipsis verbis textus nostri, quibus dicitur, si post Kalendas Martias vsque ad Augustum decedat vasallus, omnes fructus, *qui interim percipiuntur*, debere ad heredes vasalli pertinere. Iam vero, si fructus etiam eos, qui post Augustum maturescunt, ideoque post illum demum percipiuntur, heredibus vasalli tribuis, quis non videt, te contra claram legis dispositionem id facere. Ita enim non tantum superflua reddis et inutilia illa verba: *qui interim percipiuntur*, sed plane contra ea decidis, haec fere pro iis substituens: *qui toto illo anno percipiuntur*. Quod nescio, annon sit nimium. Dein, etiamsi haec omittere vellem, adest et alia illius sententiae cum verbis textus nostri pugna, quam praeterire non debemus. Si vero *post Augustum*, inquit lex, vasallus decedat, *omnes fructus anni percipiet dominus*. Tu vero, qui tribuis vasalli heredibus hos fructus, etiamsi is sex mensibus proximis ante Septembrem mortuus sit, tollis plane hanc differentiam, Quod si vitare te putas, referendo haec posteriora ad insequentem annum, ex charybdi in scillam incidis. Neque enim hunc sensum, ut supra docuimus [§. XXIII.] textus noster vlla ratione admittit. Denique qui docent, ius longobardicum in Germania receptum esse in  
hac



hac quoque fructuum materia, licet non bene conueniant termini ibi positi climati nostro, quae ramen est communis et receptior doctorum opinio, c] videntur sibi met ipsis contrariari et pugnantia proferre, dum eatenus recedendum esse volunt a iure longobardico, vt fructus mense Augusto ferius maturescentes heredibus allodialibus tribuendos esse statuunt, et ideo statuunt, quia aequitati, qua textum iuris feodalis niti putant, contrarium credunt, heredes priuare fructus, qui curae et culturae defuncti vassalli debentur. Ego vero ex his ipsis argumentum ducendum esse existimo aduersus eos, qui hanc volunt rationem esse iuris longobardici. Quomodo enim quaeso, quum plane constet, constare autem satis puto ex iis, quae non ex ingenio, sed veterum scriptorum fide auctoritateque muniti disputauimus [§. XXV.], quum constet, inquam, in Italia quoque post Augustum maturescere et percipi fructus, quomodo fieri potuit, vt Longobardi, Mediolanensesue hanc sibi statuerent normam quam Germani, Saxones imprimis sequutos esse scimus in fructuum attributione, et nihilominus Augustum mensum terminum vltimum ponerent, ad quem fructuum ad heredes proprietatis transmissionem alligarent et restringerent? Sed etiam si putas, vera illa esse, quae LVDEWIGVS de fructibus hibernis in Italia non exstantibus et de vuis adeo tempestiue maturescenibus, vt vindemiae mense Augusto cogi possent, differit, quare, quaeso, quum nec Martii nec Augusti tempus oris nostris conueniens videas, et nihilofecius hos terminos seruari velis, quare, inquam, in fructibus post Augustum maturescenibus non eadem statues? Quare, quam in fructibus totius anni spernis aequitatem, in his solis admittere vis? Quare, sane non intelligo, non idem iuris rigor in hoc termino obtinebit, qui in reliquis obseruatur? Aut quare, quaeso, hos solos fructus ex iure germanico, nostro climati, reli-

c] in hanc quoque omnes consecutur, quos nominauimus sub *lit. a.*

quos omnes ex iure germanico, oris Italiae attemperato, diiudicare vis? Quae in his omnibus reliquis anni fructibus tibi sedet iuris longobardici religio, quare non eadem in illis, puta serius maturefcentibus? — Sed desinamus plura a te quarere. —

## §. XXVIII.

*Quaeritur de iure Meclenburgico.*

Sed non possumus ante hos riuiolos claudere, quam paucis quoque de patriae nostrae iuribus disputauimus. Qua quidem in re ita versari instituiimus, vt viam sequamur, quam in eiusmodi quaestione ineundam nobis monstrat immortalis D. ВОЕНМЕРВЪ <sup>a</sup>]. Primum enim et ante omnia ad statuta et constitutiones provinciales respicere iubet, dein quaerendum dicit, an ius longobardicum sit receptum, Est autem in multis Germaniae provinciis de hac quaestione singulariter cautum, inter quas primum locum merito obtinet *Saxonia Electoralis*, cui lex hac in re scripta est a *Principe Electore* D. AVGVSTO <sup>b</sup>]. Iuris *borussici* Saxonum placita recipientis supra [§. XIII.] mentionem fecimus, constitutionem regiam terris *magdeburgicis* datam <sup>c</sup>] exacte ius saxonicum referentem, integram exhibet DE LVDEWIG <sup>d</sup>], qui idem quoque ea profert, <sup>e</sup>] quae DISTELMEIERS <sup>f</sup>] de iure in *Marchia*

<sup>a</sup>] in *diff.* quam saepe laudauimus de *annuo deserto* cap. IIII. §. 9. exercit. ad D. tom. III. pag. 684.

<sup>b</sup>] in *Parte III. const.* 32. cuius verba supra dedimus §. XIII. ad marginem *litt. hh.*

<sup>c</sup>] de *dato Halae d. 21. Oct. 1710.*

<sup>d</sup>] de *fruct. attrib. diff. I. litt. pp.*

ibique *not. a. tom. II. opusc. p. 1231.*

<sup>e</sup>] *ibid. litt. qq. p. 1233.*

<sup>f</sup>] *Part. 3. tit. 3. §. 7.* ita nominat

locum LVDEWIGVS, librum autem procul dubio intellexit, qui sub titulo: *Consuetudines electoratus et Marchiae Brandenburgensis cura et studio IOACH. SCHEPLIZII Lips. 1616. fol. prodiit,*

chia Brandenburgica obtinente, et triplicia, quod ait, iura, romanum, saxonicum, longobardicum feudale quasi temperante, narrat. De iure *hassiac* exposuit cl. IHRINGCK g] exhibens constitutionem principum fratrum GVILIELMI LVDOVICI et GEORGII itidem notabilem mixturam iuris longobardici et saxonici continentem. Huic iam iungi potest recentior constitutio *D. Principis GVILIELMI b]* sanciens omnium fructuum ciuiliū naturalium et industrialium diuisionem inter heredes allodiales et feudales, anno ultimo a mense Ianuarii computato, instituendam, quam in vsum eruditorum euulgauit cl. FRIDERIC. CHRISTOPH. SCHMINCK i]. De *Liouoniae* iuribus quoque aliquid addere possum, quum in codice manuscripto, qui inscriptus est: *Lehen-Rechte in der Wiecke, vnd im Stichte vom Oesell, lib. I. cap. III* haec reperio huc forte referenda: *Stirbet auch derienige Mann, che er sein Lehen verdienet, das ihm gelohet war, man ist seinen Erben nicht mehr pflichtig zu geben, als er verdienet hat, vnd ihm gebuehret, zu der Zeit, da er starb.* Quae tamen vterius exponere iam instituti rationi aduersatur. Neque scio aut determinare audeo, quanti pretii sit ille codex, quem III. RVDLOFFIVS pro insigni, qua in nos est beniuolentia, quam grata mente agnoscimus, nobiscum communicauit, licet ipse de pretio eidem statuendo, nec de eo, vtrumne iam typis excusus esset, satis certus sit. Sed in iure patrio *meclenburgico*, ad quod properandum nobis est, de hoc argumento lex scripta non exstat. k] Quum

vero

prodiit; de quo videnda est *liblioth. separatione feudi ab allodio cap. 6.*  
*tipen. rom. I. pag. 120. col. 2. in f.*  
*Conf. quoque quae COCCII de iure*  
*femin. sect. 4. §. 7. exercit. vol. I.*  
*p. 1256. de moribus Marchiae tradit.*  
 g] in *diff. inaug. quam saepius laudauimus de modo computandi fructus in*

*h] d. d. Cassel. d. 22. Mart. 1755.*  
*i] in monument. hassiac. parte IIII.*  
*nr. X. pag. 696.*  
 k] Neque enim in *Reuersalibus de*  
*a. 1572. et de a. 1621. neque in*  
*nouissima lege prouinciali fundamentali,*

P

tali,

vero varia extant pericula iuris feudalis mecklenburgici, quorum quatuor nouimus, <sup>1)</sup> iuuabit, breuiter referre, quae in his continentur ad hoc argumentum pertinentia, non quasi vim legis iis tribueremus, quid enim ineptius posset, quam hoc fingi, vt legis periculo,

tali, quae *transactionis* nomine insignitur, de a. 1755, cuius integer *articulus XXII.* de rebus feodalibus praecipit §. 434 — 473, eaque, quae in reuersalibus de feodis constituta sunt, noua sanctione firmat, quid, quod ad hanc rem spectaret, occurrit, [hi enim fere sunt fontes generales iuris feudalis mecklenburgici scripti, praeter pauca, quae de iis in *ordinatione politica* et in *ordinat. dicasterii aulici et prouinc.* occurrunt] nec denique specialis quaedam de hoc argumento extat constitutio.

1] Tria tantum nominata sunt, omissio *meuiano*, in *consult.* HENR. FRANC. MART. BEHM *differt. inaug. praeside dno MANTZELIO diligentissimo iuris patrii scrutatore Bützov. 1763.* habita: *de marito filiae nobilis usufructuariae mecklenburgicae* *differt.* I. pag. 2. Neque vero existit collectio quaedam consuetudinum feodalium mecklenburgicarum, publica auctoritate firmata, quod quis extraneus facile sibi persuadere posset, qui legeret in *der Beschreibung des Herzogthums Mecklenburg*, quae sub nomine HANS HENR. KLEVEVERI ex

repetita praelectione prodit *Hamb. 1737. part. 1. designationem legum prouincialium mecklenburgicarum, capiti 31.* in calce adiectam, ibique sub *constitutionibus rem politicam spectantibus pag. 469. nr. 164.* inueniret? *Einige Lehn- consuetudines.* Videtur enim integer ille recensensus constitutorum ibi obuius, nihil aliud esse, quam catalogus collectionis cuiusdam rerum mecklenburgicarum. Frequentissime autem factum est, vt pericula illa iurium feodalium sub nomine *consuetudinam* conscriberentur, cuius rei exemplum est codex manu scriptus, quem PRAESES asseruat, sub rubro: *Consuetudines feudales mecklenburgicae*, complectens periculum iuris feudalis mecklenburgici vtrumque tam *holsanum*, quam *cothmannianum*. Huiusmodi procul dubio codicem manu exaratum a confectore catalogi illius quod hoc loco indicatum puto. Cacterum GERDESIVS, apud IOAN. MENTPOETKERUM in *der neuen Sammlung — — — Mecklenburgische* *Schriften und Urkunden p. 1. pag. 51.* meminit quoque CHRIST. WILH.

riculo, non confirmato, quin reiecto, legis vigorem quis tribuere vellet? Sed quia non dedecere puto ICTum patrium, non tantum in ea inquirere, quae stabilita sunt, verum et ea indagare, de quibus fanciendis cogitatum tantum in patria fuit, quod ipsum ad elegantiam studii iuris patrii referendum mihi videtur. Primum vero et antiquissimum, quod nouimus, iuris feudalis meclenburgici periculum, est illud, quod HENRICO HVSANO auctore a. c. 15 LXXXI. confectum, *Serenissimoque tum Duci regnanti D. VLIRICO* oblatum, et insequenti anno editum, <sup>m]</sup> ob summam raritatem

DE LEHSTEN *consuetudinum feudatium Mecklenb.* seu notarum MSCptarum in TORNOVII *ius feud. Mecklenb.* quae forte in illo indice intelliguntur, quasque perinde ac Anonymi cuiusdam *kurzen Begriff des alten Mecklenb. Lehn - Rechts und Gebräuchen* nominatas video ab HENR. NETTELBLADT in *succincta notitia scriptorum tum editorum tum anecdotorum Ducatus Megapolit.* pag. 137 et 138. in f. quem bonae frugis libellum filium diuini auctoris bene de re litteraria patriae meriti *consultiff.* IOAN. IACOB. NETTELBLADT repetita praelectione auctorem edere consilium cepisse compertimus.

<sup>m]</sup> Ita exacta refert, qui immortaliter de rebus meclenburgicis et omni iuris prudentia germanica meritis est, ERN. IOAN. DE WESTPHAL in *praef. ad tom. I. monument. ined.* pag.

29. not. o. Minus recte vero KLIVER *l. c. p. 3. sect. 1. pag. 784.* oblatum id principi dicit 1582. quem annum EXTORNIO de *feud. meckl. p. I. c. II. f. l. §. 13. pag. 143.* refert quoque GERDESTVS in *der Samlung verschied. Schriften und Vrkund. p. I. pag. 33.* Contrarium vero vel ex eo adparet, quod litterae quibus MATTH. WESENBECIVS *Vitebergens.* ICTUS Serenissimo Duci VLIRICO, qui hanc delineationem *lusanam* illi transmisserat, respondet, datae sint *a. d. VII. Ianuar. 1582.* vti videre est apud GERDES *l. c. p. 2. pag. 77.* tam antea tale quid meditatam esse diuum VLIRICVM, cuius manibus bene precamur, ex eo conicit FRANCKIVS in *alten und neuen Mecklenb. lib. X. c. 23. p. 257.* quod IACOBVM BORDING primum in patria constituit iuris feudalis profectorem *a. 1574.*

ratem n] recudi curavit, qui optime de historia patriae meritus est, GEORG. GVSTAV. GERDES. o] Huius vero cap. XXVI. quod spectat ad rem nostram, quum breuissimum illud sit, hic exhibeamus, iuncta infra in margine varia lectione exempli manuscripti quod PRAESES possidet. Est autem sequentis, tenoris:

*Wem die betagte oder unbetagte stehende Pächte, Zehende p] und Hebungen nach des Lehmanns Tode folgen.*

*Stirbt ein Lehmann ohne Leibserben und ohne Ehefrau, so gehören q] alle stehende Pächte, Zehenden und Hebungen, die bey seinem Leben seyn betagt gewesen, so wohl, als alles Korn, das bey seinem Leben in die Erde gebracht, und mit der Egde bestrichen ist, seinen Erben r] und s] seinen*

n] raritatem testatur KLEVERER l. c. p. I. c. 31. §. 7. pag. 443. vbi Caroli praenomen auctori minus recte tribuit. Neque hocce periculum, quod certissime et fide eorum, qui archiuo ducali praesunt, in ipso archiuo ducali reperitur, licet ex chartis ibidem adseruatis adpareat, D. VLRI CVM hanc confectionem HVSANO. 1579. et 1580. demandasse, eumque laborem susceptum perfecisse.

o] qui in *cit. collect. I. pag. 32 - 71.* exhibuit illud 52. capitibus constans, quibus tum integrum id constare putabat, postea vero in *collect. II. p. 75 - 77.* dedit quatuor reliqua capita ex codice *parchimensi*, in quo illa 2no, 16to, 17mo et 41mo loco posita erant, vt integer 56. capitum numerus exstaret. Denique in *collect. III. pag. 349.* subiungit additamentum capitis XV 11. In

exemplo MSpto quod possidet PRAESES, sunt tantum capita numero XXXX. quorum duo vero singula continent bina gerdesiana, vt quinque tantum ex prioribus LII. GERDESII capitibus, scilicet XI, XVIII, XXIII, XXXXI, XXXXII, deficiant. Caeterum nec serie, nec rubris, nec tenore plane conveniunt capita huius codicis cum gerdesiano, neque vero *maltrum* differunt. Id miratum sum, summum WESTPHALIVM expressisse adserere, typis excusum hoc esse periculum, quum tamen GERDESIVS, semper codicum tantum manu exaratorum mentionem faciat, neque, vt antea diximus, eius exemplum in archiuo ducali inueniatur.

p] vox *Zehende* deficit.

q] *gebühren*.

r] *Landerben*.

seinen Lehnfolgern zu. Was aber nach seinem Tode erst betaget und fällig ist, desgleichen das Heu <sup>r</sup>] auf den Wiesen, <sup>u</sup>] auch Obst und Maß auf den Bäumen, und dergleichen selbstwachsende noch nicht eingebrachte Früchte, die gehören dem Lehnherrn <sup>v</sup>] zu.

Secundum periculum, quod ERNESTO COTHMANNO tribuitur, <sup>w</sup>] propiusque a plenissimo constitutionis robore abfuit, quum data

s] und nicht seinen Lehnf. aperte hic mendosa est lectio *gerdesiana*.

t] *Grasf.*

u] auch deficit.

v] *Lehnfolger*, quod melius prioribus conuenit.

w] Dubitanter quidem scribere videtur D. WESTPHALIVS loco sub *lit. m.* nominato, sciagraphiam hanc *cotbmannianam* vulgo dici. Sed inuenit D. noster MANTZELIVS in protocollo ordinis Ictorum rostockensium de a. 1612. m. Febr. in voto ALB. HEINII, quum quaerebatur, et disputabatur de iure dotis ex feodo promissae filiae nobili in coelibatu defunctae, prouocatum esse ad D. ERNESTI conceptionem *provincialium c. nstlicur. tit. 16. art. pen. et ult.* Quem locum quasi dubium exscripsit in *select. iurid. rostock fasc. 11. spec. 23.* in adiectis in calce *mecklenburgicis* nr. 1. quaestionem subiungens, quaenam sint illae a COTHMANNO

nostro conceptae constitutiones? Postea vero, quum inuenit, exacte conuenire locum, quem HEINIVS nominauerat, et quae ibi dici asseruerat, cum delineatione illa, quae COTHMANNO tribuitur, hoc ipso loco vsus est, vt probaret, iure id fieri. Vid. *diff. Mantzelio Behmiana* sub *lit. l.* nominata. Et sane puto tale testimonium Icti patrii coacui, [mortuus enim est COTHMANNVS demum a. 1624.] magni ponderis esse, vt de eo vix dubitari possit. Certe quae incertus quidam, certe non megapolitanus Ictus [vid. GERDESIVM apud POETCKERVM l. pag. 50. collat. cum GERD. collect. V 1111, pag. 57.] apud GERDESIVM d. l. pag. 60. scribit de tertio quodam ab hoc distincto periculo MSCpto iuris feodalis mecklenb. in archiuo statuum provincialium adseruato, in cuius sine scriptum esset, confectum illud esse a cancellario IOHANNE [en apertum in praenomine errorem!] COTHMAN-

data per rogationem factam in comitiis a. cloloLXXXVIII. mense Iunii *Sternbergae* habitis, \*] occasione, iussu *D. Ducis* VL-  
RIGI confectum, a cloloCII. d. 26. *Aprilis* cum Equitibus non-  
nullis, post vero per litteras, d. 17. *Iunii* datas, in comitiis Stern-  
bergensibus cum ordinibus provincialibus communicatum erat,  
quin et constitutum esset in conuentu *Guestrouii* d. 18. Octobris ha-  
bendo de iis amplius deliberari debere, y] licet hanc rem exitu  
rum caruisse, doceant, quae in comitiis a, cloloCVI. acta sunt, z]  
sed per constitutionem expressam *D. Ducis* FRIDERICI GVILIEL-  
MI *aa]* omni auctoritate legis et iuris plane priuatum, varia de fru-  
ctibus

NO, licet eo facilius, quem possent in  
contrariam opinionem ducere, quum  
locum ex eodem excerptum det auctor  
iste, non multum valebunt penes eum,  
qui legit, quae contra scriptis GERDES  
apud POETCKERVM collect. 1. p. 53.  
qui tamen, quod fere mirarer, nisi  
scirem, quam facile tale quid addidere  
posset, eundem errorem in praenomine  
COTHMANNI admittit. Ita in notis ad  
periculum illud, de quo loquimur, quoties  
mentio fit *des andern Lehnrechts*,  
semper intelligitur periculum *husanum*.  
Vide vt hoc vtar, *notas ad tit. 3. art. 1.*  
*pag. 82.* apud TORNOV collat. cum  
codice *husano cap. VI.* apud GER-  
DES 1. *pag. 36.* Verba vero: *das an-  
dere Lehnrecht* obscura fuissent, si ve-  
rum esset, quod scribit ille incertus au-  
ctor, praeter *husanum* illum codicem  
alium quendam *corthmannianum* in ar-  
chiuo ordinum provincialium adfer-

uari, ab hoc diuersum, ad quem notae  
illae conscriptae sunt.

x] DAVID FRANCK *atr. u. n.*  
*Meckl. lib. XI. c. 5. pag. 63.*

y] FRANCK 1. c. lib. XI. c. 13.  
*pag. 130. 132. 137.*

z] FRANCK 1. c. lib. XII. c. 7.  
*pag. 61. 63. 66.* dedit quoque pas-  
sum concernentem ex actis publicis,  
III. MARTINI *in der akademischen*  
*Abhandlung von der Lebensveräbrung*  
*nach Mecklenb. Gesetzen, Anlagen,*  
*nr. 11. pag. 70.*

a a] integram constitutionem illam  
*d. d. Rostock. d. 4. Dec. 1704.* inue-  
nies recentissime in D. MANTZELII  
*dissert. de iureconsultis extraneis*  
*in iure mecklenburgico errantibus,*  
quam vna cum nepote, auctore patreque  
digno *Bürzouii a. 1767.* defendit, et  
quae vltima est ab ipso edita *sect. II.*  
*S. 7. pag. 20. vbi pag. 21. an haec pro-*  
hibit



Etibus feodi ab allodio separandi disponit, quae prouti in titulo XIII. comprehenduntur, vna cum notula ad hunc titulum, ita dabitur, quia locus iste paullo longior est, in mantissa dissertationi adiecta sub nr. I. vti ea fide eius viri illustris, qui archiuo ducali praeest, munita, ex ipso archiuo adcepimus.

Progredimur ad tertiam formulam iuris feodalis meclenburgici, quae celeberrimum quondam et in his oris laudatissimum DAVIDEM MEVIUM agnoscit auctorem. Is enim solertissimus ICTUS, propione motu an ad nutum superiorum nescio, desumpta certe

hibitio etiam ad *busanum* periculum extendenda sit, disputari hodie in foro asserit. Ipse quoque in periculo a se confecto, de quo mox, *titulo I.* postquam statim ab initio edictum hocce ad litteram inferuit, eius vim extendit expresse ad *busanum* quoque, vtrumque ita reiiciens, vt ne quidem illustratio inde peti debeat. Sed reperire quoque poteris constitutionem illam apud TORNOVIUM de *feudis mecklenb. part. I. cap. II. sect. I. §. 13. pag. 144—146.* qui ipse quoque sub initio libri *pag. I—80.* integrum illud periculum vna cum rescripto D. Ducis VERICI de *d. 26. April. 1602.* exhibuit, vna cum notis in illud ab anonymo quodam, sed serius, nescio quo anno, confectis, [post a. 1621. autem eas conceptas esse adparet ex allegatis ibi saepius reuerfalibus eius anni, vid. GERDESIVS apud POETCKERVM *coll. I. pag. 5C. seq.] pag. 81—104.*

Omnia haec quoque dedit LVENIG in *corp. iur. feud. germ. tom. 11. p. 1583—1643.* Ex iis autem, quae de serius exhibitis et ab anonymo confectis notulis hifce monuimus, intelligitur, FRANCKIVM *lib. XI. c. 13. p. 132.* adferentem, monita in hoc periculum ab iis equitibus, quibus illud communicatum erat, *d. 26. Apr. 1602.* confecta, et vna cum hoc periculo in comitiis *d. 17. Iun.* eiusd. anni habitis ordinibus provincialibus exhibita esse, aut quod veri nobis similis videtur, errasse, quum de aliis notis plane non constet. *Confesatur MANTZELII episcopi in den Bützowischen Rubensunden p. XXI. p. 21. vbi nr. 5. de FRANCKIO ex vero haec: Daß er sich in das Mecklenburgische Staats- und Lehn-Recht, wie und da, meistens einseitig, so weit abgegeben, bleibet ein Fehler.*

certe occasione a promissione clementissima *Diuorum Ducum ADOLPHI FRIDERICI ET ALBERTI II.* <sup>bb]</sup> composuit *iuris prouincialis mecklenburgici* periculum, cuius commendatio puto maior esse nequit, quam quae ex laudibus laudatissimi DE WESTPHALEN <sup>cc]</sup> proficiscitur, qui integrum illud typis excudi curauit, <sup>dd]</sup> spemque fecit, fore, vt et *anonymi* cuiusdam commentarium in illud, et GUSTAVI ADOLPHI KVRZII, eruditus, quas dicit, *commentationes in capita, quae in Meuiano iure prouinciali occurrunt feudalia*, in lucem prodire faceret <sup>ee]</sup>, quam inanem relictam esse insigniter dolemus. Hocce periculum in quatuor partes digestum ea, quae ad foedorum iura pertinent, parte secunda a titulo inde secundo vsque ad vndecimum complectitur. Ibi vero quae tit. VIII *Von der Landerben Rechten und Forderungen an den Lehnen*, ad rem nostram spectantia leguntur, <sup>ff]</sup> in mantissa dabimus libello huic adiecta sub nr. II. ne quum paullo longior sit iste locus, filus orationis turbetur,

Denique nec quartam, quae superest, praetermitamus delineationem iuris feudalis patrii. Hanc data occasione promissionis clementissimae, quae in lege fundamentali nouissima prouinciali, *Transaktionis* nomine veniente continetur, <sup>gg]</sup> compositam scimus a D.

<sup>bb]</sup> in *reuersal. de a. 1621. §. 36.* vbi promittitur iuris prouincialis in lingua vernacula conscripti, facta rogatione ad ordines prouinciales, publicatio.

<sup>cc]</sup> in *praefat. ad tom. I. monument. inedit. pag. 29.*

<sup>dd]</sup> *cit. tom. I. pag. 651 — 860.* vbi subiunxit notulas HENR. RAHNII tum temporis consiliarii intimi.

<sup>ee]</sup> in *praefat. loco, quem diximus.*

<sup>ff]</sup> apud WESTPHAL *l. c. t. I. P. 719.*

<sup>gg]</sup> §. 436. verbis: *Damit es aber auch an sothanen besondern Mecklenburgischen Lebrecht nicht feble, so wollen Wir den vor langer Zeit davon übergebenen Entwurf mit den von der Rittertschaft dabey gemachten, und noch zu machenden Erinnerungen, nächstehen, und innerhalb der nächsten zwey-eu Jahre, wann solches vorherho nochmal*

a D. ERNESTO IOAN. FRID. MANTZELIO et a. c. 1510 CCLVII.  
 typis quidem excusam, sed tam exiguo exemplorum numero, vt  
 vix quemquam, qui illud possideat, inueneris. Continet illud ti-  
 tulos duodeuiginti, quorum ex titulo XIII. *von den Rechten und*  
*Befugnissen der Allodial-Erben in Absicht der Lehngüter*, ne quid hic  
 desideretur, dabimus itidem in mantissa, quam libello in calce ad-  
 iecimus nr. III., quae ad argumentum nostrum spectant, ex exem-  
 plo typis excuso ii], quod nobiscum communicauit *Vir quidam*  
*illustris*, fautor summopere nobis colendus, curate exscripta kk].

### §. XXVIII.

#### *Quid in praxi meclenburgica obtineat.*

Quod ante diximus, nos periculis illis iuris feodalis meclen-  
 burgici, quasi lege scripta vti non posse, id ne inuidiose in nos de-  
 torqueretur, quasi inutilia protulissemus, iam supra prospeximus.

vbi

mal der Ritter- und Landschaft res-  
 ctine zu Abgebung ihres unvorgreifli-  
 chen Gutachtens, und zu Ertheilung  
 ihrer Bewilligung in den Punkten, in  
 welchen sie bereits wohlverordnete  
 Rechte für sich haben mögten, com-  
 municirt seyn wird, durch den Druck  
 zur Publication befördern, cuius sphi  
 quoque in ingressu huius delineationis  
 mentio facta est.

hh] Ipse se publice et palam pro-  
 fessus est huius delineationis auctorem  
 in *dissert. cit. de ICris extran. in iur.*  
*mechl. errantibus sect. III. §. 9. p. 39.*  
 vbi se dicit concipientem ultimi proie-

cti iuris feodalis meclenburgici, item  
 in den Bützowischen Rubestunden par-  
 te XXV. pag. 31.

ii] Exemplum illud sub inscriptione:  
*Entwurf des meclenburgischen Lehn-*  
*rechts 1757.* quae singularem non im-  
 plet paginam, nitide typis excusum vna  
 eum indice *titulorum*, qui ipseus libri  
 inscriptioni eadem pagina statim sub-  
 iunctus est, et 4. paginas complectitur,  
 constat computatis illis, 135. paginis  
 chartae semel plicatae. Tituli vero  
 sphis distincti non sunt.

kk] pag. 114. extr. et 115.  
 116. 117.

Q

vbi vel elegantiae studii iuris patrii hoc dandum esse monuimus. Iam vero vberius demonstramus, omnino et indirecte ex his ad ipsam de praxi quaestionem multum redundare vsus atque vtilitatis. Quamuis enim id non probem, quod KLÜVERI emendator, a] non ignotus ICtus patrius, existimat, esse aliquam certe ex *Cothmanniano* periculo in iis argumentis, in quibus in notis ad id confectis nil monitum est, iuris praesumptionem eliciendam, quin potius hunc ipsum errorem causam esse coniciam, qua propter omnis ad hoc imprimis periculum in decidendis causis feodalibus in foro adeo seuerè prohibita est prouocatio, tamen ex collatione horum omnium periculorum id certe apparet, in quaestione, quam nos tractamus, de fructuum iure in separatione feodi ab allodio, singulare ius moribus in Megapoli receptum non esse. Nam, quae certo et indubitato iure consuetudinario ex institutis maiorum *singulariter* in Megapoli obtinent circa feoda, ea etiam in omnibus illis periculis retenta sunt, et in his solis pericula illa id praestare puto, quod in genere ICtorum patriorum testimonia de consuetudine obtinente praestant. Caeterum vero quum auctores horum periculorum ex mente serenissimorum principum, et ad obtinendum id, propter quod praecipue is labor semper suscipiendus et patriae perquam vtilis habitus est, omnino etiam quae dubia et incerta fuerunt ad certam normam exigere et definire, et quae iuris longobardici sanctiones aut rationi, aut patriae in primis minus conuenire putarent, corrigere et in meliorem formam redigere voluerunt, multum sane cautionis et circumspectionis opus est, ne temere quod in his periculis scriptum legimus pro moribus institutisque paternis vendiremus. Sed et citra omnem dubitationem adparet, in hac nostra quaestione moribus patriae nil singulariter constitutum et receptum esse, Nam quum inter quaestiones feodales,

a] *Parte I. cap. 31. §. 7. pag. 443. seq.*

dales, quas *Serenissimus Dux D. VLTRICVS* nonnullis ex equestri ordine a. 1510 LXXXI. in gratiam iuris feudalis meclenburgici ab HVSANO tum conficiendi proposuit, <sup>b]</sup> etiam haec esset loco decimo quinto posita : <sup>c]</sup> *Wem die betagten oder unbetagt stehende Pächte nach des Lehn-Manns Tode folgen sollen?* ad eam equites responderunt, non meminere se certae cuiusdam regulae in his ex patriis moribus obtinente. <sup>d]</sup> Quae quum ita sint, HVSANVS quum ius saxonicum magis conuenire putaret, eius dispositionem recipere satius duxit. HVSANVM fere, vt in aliis multis, ita et in his, licet non omnino, sequutus est COTHMANNVS. MEVIUS quoque germanica instituta praeferre maluit longobardico iuri, MANTZELIUS contra ab eo, quod iure longobardico statutum est, et quod praxis receperat, plane recedere ausus non est, sed reueto eo, quae curatius determinari posse potuit, corrigere studuit. Quamuis verò vel ipsa natura feodorum meclenburgicorum plane singularis <sup>e]</sup> satis superque doceat, originem eorum non esse ex iure longobardico perendam, tamen dubitari nequit, quin et ius hocce longobardicum in subsidium apud nos receptum sit, <sup>f]</sup> licet quo

<sup>b]</sup> Dedit eas GERDES in der H. Sammlung nr. 11, pag. 78. seq. vna cum responsionibus ad easdem.

<sup>c]</sup> GERDES l. c. pag. 82.

<sup>d]</sup> ita enim legitur apud GERDES l. c. pag. 86. 13. *Bey der dreyzehnten Frage wissen Wir uns keines gewissen Landes - Gebrauchs zu erinnern 14. 15. imgleichen auch bey der vierzehnten und funfzehnten.*

<sup>e]</sup> Vid. GEORG ENGELBRECHT l. c. quondam helmstadiensis dissert.

de singularibus feodorum meclenburgicorum iuribus ab ANDREA DE BERNSTORF equite meclenburgico defensa 1713. TORNOV. de feudis meclenb.

<sup>f]</sup> Vid. TORNOV. in praefat. pag. 2. et 12. et ex instituto in parte l. cap. 2. sect. 1. §. 15. pag. 153. vbi quoque prouocat ad COTHMANNVM vol. 1. respons. 28. nr. 223. adferentem, in curia megapolitana, et iure communi feudali lites, decidi, et

quo tempore id factum sit, g] et vtrum antea ius saxonicum obti-  
nerit,

nr. 228. addentem : Serenissimos  
Principes diserte in constitutionibus  
suis praecepisse, vt extra casus spe-  
ciales constitutione prouinciali decisos,  
caussa quacuis ex iure communi deci-  
datur. *KLEVERI emendat. part. I.  
cap. 3 I. §. 7. pag. 443.* Sed quid  
opus est testimoniis doctorum conqui-  
rendis, quum clara lege prouinciali,  
ordinatione scilicet politica de a. 1572.  
Tit. von Erbschaften verbis: *So viel a-  
ber die Lehgüter belanget, damit soll  
es nach dem beschriebenen Lehn-  
rechte vnd beständigen Gewohnheiten  
Vnser Fürstenthumb gehalten werden.*  
et ipsa Serenissimi Principis D. FRI-  
DERICI GVILIELMI voce res  
decidatur. Is enim in constitutione d.  
Å. Rostock, d. 4. Dec. 1704. de qua  
supra ad §. praec. sub lit. aa. diximus,  
ius feudale commune, quod procul du-  
bio est longobardicum, receptum his  
terris dicit, ab eoque, nisi consuetudine  
certa aliud statutum sit, recedere vetat,  
verbis: *wodurch [scilicet per allega-  
tionem periculi Cothmanniani] inson-  
derheit bey vnterthänigst gesuchter vnd  
aus darzu bewegenden Ursachen gnä-  
digst verstateter Verschickung der A-  
kten ad extraneos sapientes der aus-  
wärtige Vrbeltfasser zu Abfassung ei-  
ner denen in Vnsern Herzogthümern*

*vnd Landen bis ad publicationem eius  
von Vns zu verfertigenen specialen  
Lehn- Rechts recipirten gemein-  
nen Lehn- Rechten vnd bestän-  
digen Observanz abstimigen Vrbel-  
leicht verleitet — — werden können.*  
Quare quod ENGELBRECHT l. c.  
sect. 11. §. 7. extr. pag. 32. scribit:  
*nec vsus feodorum longobardicos va-  
lere in Megapoli, nisi quatenus ab al-  
legante, eos vsu receptos esse, probeatur,*  
nisi ad ea restringas, quae ex singulari  
natura feodorum mecklenburgicorum  
fluunt, nescio, quomodo defendi possint.  
Certe ne anonymus quidem ille apud  
GERDESIVM in der VIII. Sammlung  
pag. 69. not. lit. m. huic adferro, li-  
cet id proferat, subscribere ausus est.

g] Est quaestio illa de tempore re-  
ceptionis iuris longobardici in Germa-  
nia in genere maxime controversa, vti  
ex vero monuit perill. BOEHMER in  
commentatione de aetate verustae con-  
suetudinum feodalium Longobardica-  
rum collectionis §. I 9. [quem adiecit  
demum huic pereleganti opellae, vbi  
eam recudi curauit in observationibus  
iuris feodalis Götting. editis pag. 59.]  
ob ipsam naturam receptionis, quae  
moribus sensum sit pedetentimque, ita  
comparata, vt adeo certe finiri non  
possit. Id certum est, saeculo XIII.  
secundum

auerit, h] certo adfirmare non auzim. Quare quod adferunt

ROSEN-

secundum illud in Germania iudicatum esse, id quod egregio exemplo, Vir perillustis eo ipso loco, quem diximus, monstrat, exhibens pag. 62. seq. sententiam arbitralem HENRICI Domiti de Mecklenburg inter IOANNEM et ERICVM Duces Saxo-Lauenburgicos de hereditate fratris ALBERTI litigantes Duzauia a. 1321. latam. Ex hac ipsa enim adparet, in patria tum certe non incognitum fuisse ius longobardicum, licet hoc argumento probare non auzim, illud quoque iam tum legis auctoritatem apud nos habuisse. Quod vero generos. et perillustr. DE BALTHASAR in *disquisitione, de tempore, quo in Germania, praesertim in Pomerania receptum fuit ius feudale Longobardicum*, quam ex auctoris *rituali academico in thesauri iuris feudalis tom. I. pag. 222.* transtulit IENICHEN, non tantum §. 6. cum GERDESIO in *disput. de norma iudicandi controversias in Germania speciatim Pomerania cap. II. nr. 23. saeculo XIII.* verum quoque §. 7. saeculo XII. iam receptum fuisse in Pomerania ius longobardicum, id nescio, an tuto adferri possit. Licet enim ex eo, quod *Vasallagii* voce in diplomate, ad quod prouocat de a. 1290. non, quod GERDESIVS putauit, ius, seu complexio le-

gum, sed ipsum iudicium denotetur, vt recte omnino docuit DE WESTPHAL *de fatis et usu studii iuris feudal. in Germ. §. 27. not. lit. f. in IENICH, thes. iur. f. tom. I. pag. 180.* et perill. BOEHMER *l. c. pag. 60. seq.* probat, argumentum illud non plane infringatur, tamen, etiamsi doceri posset, vasallagii vocem ex longobardico iure, nisi desumptam, certe formatam esse, ex eo nondum adparebit, in vasallagii illis iudicatum esse secundum iura Longobardorum. Conf. quae hac de re disputauit generos. et illustr. DE SELCHOW in *elem. hist. iur. un. §. 400. not. 2. generos. et perillustr. DE BALTHASAR in WEIDLICHS zuverlässigen Nachrichten von jetzt lebenden Rechts-Gelehrten tom. IIII. pag. 159.* et ille iterum priora ista repetens in *der Geschichte der in Deutschland geltenden Rechte §. 365. nr. 2. pag. 401. seq.* Et quod Ducis PHILIPPI II. testimonium attinet, multum vereor, quin decreto iudiciali de a. 1609. quo adferitur, *daß sobald Pommern an das Reich gekommen, auch zugleich die gemeine Lehn-Rechte daselbst in Verbindung gekommen*, tanta vis in probanda *Quaestione historica*, in qua de tempore remoto quaeritur, tribui possit.

h] adferit hoc DE BEHR *lib. IIII. rerum*

ROSENTHAL, <sup>i</sup>] BRVNNEMANN, <sup>k</sup>] CARPZOVIUS, <sup>l</sup>] STRYCKI  
VS, <sup>m</sup>] STRVVIUS, <sup>n</sup>] HORNIVS, <sup>o</sup>] HOFFMANNVS, <sup>p</sup>] MOEL-  
LER, <sup>q</sup>] et qui primo loco quasi instar omnium nominandus erat,  
perillustri BOEHMERVS, <sup>r</sup>] communiter in Germania, nisi speciali  
iure aliter prouisum sit, quaestionem de fructuum iure in feodis,  
quae non sunt regalia, et extra casum feloniac, ex textu nostro iu-  
ris feudalis longobardici esse decidendam, id quoque de patria  
mea, ducibus ICTis ius patrium explicantibus, maximam partem  
patriis, celeberrimis, laudatissimis, LINDEMANNO, <sup>s</sup>] SCHARF-

FIO.

rerum Mecklenb. cap. 7. pag. 641.  
extr. seq. ubi explicans verba priuile-  
gii, quod HENRICVS BVREWIVS  
ciuitati Parchimensi sub illius instau-  
ratione concessit a. 1218. sub voce,  
Leen-Recht, ius feudale saxonicum,  
sub iuris Mann-Recht denominatione  
vero ius castrense intelligi vult. Cae-  
terum per hanc posteriorem denomina-  
tionem Mann-Recht, indicari ius feo-  
dale singulare mecklenburgicum seu  
consuetudines et mores patriae feuda-  
les existimat DE WESTPHAL in diff.  
de iuris romani indole ac dignitate in  
foris apud Romanos et Germanos cap.  
11. §. 4. nor. X. pag. 138. seq. et TOR-  
NOVIUS in praefat. ad tract. de feud.  
Mecklenb. pag. 2. ius statutarium [ne-  
scio, an scriptum?] intelligit. Qua qui-  
dem in re propius puto BEHRIUM a  
vero abesse.

i] de feud. parte 11. concl. 42.  
nr. 36.

k] cent. 11. decis. 37. nr. 2.

l] part. 111. const. 32. def. 1. nr.  
5. et defu. 9.

m] exam. iur. feud. cap. 15. qu. 14.

n] in syntagm. iur. feud. cap. 15.  
§. 16. pag. 580. seq.

o] in iurisprud. feud. cap. 16. §.  
29. pag. 349. editionis HANACCI.

p] in differr. de iure separationis  
allodii a feodo cap. 2. §. 6. pag. 38.

q] in usu pract. distinct. feud. cap.  
3. dist. 9. pag. 80. et cap. 15. dist. 4.

pag. 320. ubi more suo multos nomi-  
nauit doctores, quorum nomina si ex-  
scribere vellem, multum augere possem  
recensum eorum, quos hic nominaui.

r] in principiis iuris feud. lib. 1.  
sect. 2. cap. 12. §. 342.

s] exercitar. feudal. 111. cap. 7.  
§. 9. pag. 62. et cap. 9. §. 24. 25.  
pag. 98. quibus contrarium non est,  
quod §. 26. dicit in plerisque locis con-  
suetudine vel statutis receptum id esse,  
quod



FIO, r] TORNOVIO, u] ENGELBRECHTO, v] MOELLERO, w] MANTZELIO, x] excellentiff. et consultiff. BALCKIO, y] eo minus contendere dubito, quum ab antiquissimis inde temporibus ita iudicatum esse constet. z] Quid ergo in primis de fructibus post Augustum

quod ius saxonicum circa fructus industriales disponit, licet putem omnino, nimis generaliter id eum adferuisse. Statuta enim et consuetudines singulares omnino derogant iuri longobardico, his vero deficientibus, illi auctoritas sua deneganda non est.

t] consultat. 82. nr. 98.

u] de feodis mecklenburg. part. II. cap. 6. §. 5. in f. pag. 310. in fin. seq.

v] cit. diff. de singul. feod. mecklenburg. iurib. sect. II. §. 24. pag. 73.

w] in iusu pract. distinct. feod. cap. 22. dist. 4. pag. 506.

x] in calendario mecklenburgensi iuridico-historico-curioso section. II. §. 19. 20. pag. 16. seq.

Quare non intelligo, quid sibi velit in selectis iurid. rostock. fascic. III. spec. XVI. seq. adserionem I. inseribens: *Distinctio Meckl. feudalis inter tempus ante et post Kalendas Martias sola antiquitate se commendat*, in primis quum responsum, quod ibi refert, omnino hanc distinctionem agnoscat. Minus recte quocumque ad LINDEMANNI consensum prouocare ex iis adparet, quae notauimus sub lit. s. Quare miratus fere sum, HENRICVM NETTELADTIVM in

libello de dotalitio §. 63. pag. 91. in eo esse videri, vt neget iuris longobardici usum in hac quaestione in his terris obtinentem, licet ius longobardicum illam quaestionem plane non tractet, de qua ibi agit, scilicet de fructibus feodæ in dotalitium constituti post mortem viduae, quare minus recte pag. 90. videtur hac trahere distinctionem iuris longobardici. Vid. infra §. seq.

y] in der Abhandl. vom Erbinng-frauen-Recht cap. 7. §. 9. pag. 83.

z] ita secundum distinctionem iuris longobardici in hac quaestione iam responsum esse a. 1580. d. I. Iun. Catharinæ von der Osten Ernst Tessiens Wiewe, a ICtis rostockiensibus, commemorat D. MANTZEL in iure mecklenburg. illustrat. cent. 5. iud. 12. pag. 258. quibus iunge cent. I. iud. 4. p. 6. vbi ipsum illud responsum legitur, ibique quaerit de altero termino ponendo: *Wie langehin vom ersten Martii an die Zeit lauffe, da ein Vasall sterben könne, so daß es heisse, nach dem ersten Martii gestorben zu seyn?* vbi addit: nisi hoc posterimus, omnis moriens, moritur et ante et post Kalendas Martii. Iam confer haec, quae edidit a. 1753.

et

sum matureſcentibus tenendum erit, vaſallo poſt Kalendas Septem-  
bres ante Kalendas Martias deſuncto? Idem omnino, quod ius  
longobardicum præcipit. Quod vero illud circa hos fructus con-  
ſtituerit, de eo diſputauimus in præcedentibus. Ex noſtra enim  
ſententia omnino dicendum eſt, ſecundum mores longobardico-  
rum hos fructus eſſe iure feodi cenſendos. Sed quum contraria ſenten-

et ad quæ prænotat a. 1756. in loco  
ſupra ſub lit. x. nominato, cum iis,  
quæ paulo poſt ſcripſit, et legis inſtar  
ſtatui voluit in periculo ſuo iuris feo-  
dalis mecklenburgici, loco, quem da-  
bimus in mantiffa. Duo ſimilia reſ-  
ponſa de a. 1581. leguntur, in iure  
mecklenb. illuſtr. cent. I. iud. 7 et 9.  
quorum alterum a. 17. Mart. datum  
hoc eſt: Iſt Henningk Bebre nach dem  
Auguſt - Monath, des verlaſſenen acht-  
zigſten Jahrs mit Tode abgegangen, ſo  
bleibt die Winter - Saat bey dem Lehn  
billig, vnd haben ſich die Witwe oder  
auch die andern Land - Erben, derſelben  
nicht anzumaaffen, alterum, ſpeciem  
contrariam continens, d. 30. Octobr.  
datum, his verbis: Iſt den 29. Auguſt,  
der Zeit, da alles Getreidigt einge-  
erntet, ein von Adel in Mecklen-  
burgk, Todes verfallen, vnd hat ſeine  
eheliche Hausfrau neben Brüder vnd  
Schweſter hinter ſich verlaſſen, ſo ge-  
höret das eingeerntete Getreidigt nicht  
zum Lehn, ſondern zur fahrenden Ha-  
be, vnd man iſt auch davon die Winter-  
oder Sommer - Saat zu beſtellen nicht

ſchuldig. Aliud reſponſum de a. 1599.  
exiſtat in iure mecklenb. illuſtr. cent. 5.  
iud. 16. Sed et recentioris æui reſpon-  
ſum a duobus ICtis partiis, quorum no-  
mina per litteras B. et M. indicantur,  
a. 1746. datum legitur in iure meckl.  
illuſtrato cent. 5. iud. 27. pag. 265.  
vbi pag. 269. hæc: Ob vnd was den  
Allodial - Erben von der beſchaffzen  
Winter - Saat zu reſtituiren ſey? Reſp.  
Daß von der Einſaat den Allodial - Er-  
ben nichts zu reſtituiren ſey. Ration:  
Der Vaſallus, von dem die Species Fa-  
cti handelte, iſt im December verſtor-  
ben, daraus folget, daß, weil der erſte  
